Diagn. Acervos 1 — 2 *lin. longos constituit solitarios in nostra, sporidiis cohaerentibus, an junior status?*

67. CAEOMA *Dentariae.*

C. maculis flavescentibus, acervis majusculis bullatis, epidermide longitudinaliter rumpente, sporidiis effusis ferrugineo-fuscis.

Uredo Dentariae. *Albert. Schwein. nisk. p.* 129.

Habitat in Dentaria bulbifera in Europa. *Lect. ad Rhenum.* (*Alb. Schw.*)

68. CAEOMA *Hypericorum.*

C. maculis flavescentibus, acervis subrotundis parvis bullatis distinctis sparsis hypogenis, epider-

mide sero erumpente, sporidiis subglobosis cohaerentibus aurantiacis.

Uredo Hypericorum. *De Cand. fr.* 6. *p.* 81.

Habitat in variis Hyperici speciebus Europae. (*De Cand.*)

69. CAEOMA *Geranii.*

C. maculis flavescentibus, acervis subrotundis planiusculis sparsis confluentibus, sporidiis subglobosis fuscis.

Caeoma Geranii. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 128.

Uredo Geranii. *De Cand. fr.* 6. *p.* 73. *Schmidt et Kunze exs. n.* 215.

Habitat in Geranio palustri aliisque speciebus Europae. (*v. v.*)

Diagn. Acervi 1 — 2 *lin. diametro in nostris raro confluentes saepe remote sparsi. Totum folium flavescit. Pedicellos non vidi, quos in quibusdam sporidiis indicat* De Candolle.

CAEOMA *apiculosum.*

Aecidium argentatum Impatientis. *Schultz. starg.* (*V. i.*)

70. CAEOMA *Violarum.*

C. maculis flavescentibus, acervis subrotundis bullatis sparsis, plerumque hypogenis epidermide rupta persistente, sporidiis subglobosis fuscis, aliis nude inspersis.

C. rivosum. *Link Obs. II. p.* 27.

Uredo Violarum. *De Cand. fr.* 6. *p.* 73.

Uredo apiculata. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 98.

Uredo Menthae, Violae. *Albert. nisk. p.* 126.

Aecidium argentatum. *Schultze starg. p.* 54.

Habitat in foliis Violarum Europae. (*v. v.*)

Diagn. Acervos format 1 — 2 *lin. diametro, epidermide tandem rumpente et post sporidia elapsa quoque persistente. Tandem folium corrugatur et sporidia fusca rugis incumbunt, arcte adnata subglobosa variae magnitudinis et, uti videtur, numquam epi-*

dermide tecta. Pedicelli in nostris desunt nec Nees vidit.

70 a. CAEOMA *Dianthi.*

C. maculis pallidis, acervis subrotundis elongatisque bullatis hypogenis, epidermide longitudinaliter rumpente, sporidiis subglobosis fuscis demum nigris.

Uredo Dianthi. *Pers. syn. p.* 223.

Habitat in foliis Dianthorum Germaniae. (*Pers.*)

Diagn. Forma et colore dignoscitur.

71. CAEOMA *Caryphyllacearum.*

C. maculis flavescentibus, acervis subglobosis sparsis aggregatisque minutis plerumque hypogenis, epidermide clausa, sporidiis ovoideis flavescentibus.

C. Stellariae. *Link. Obs. II. p.* 28.

U. pustulata Cerastii. *Pers. syn. p.* 219. *De Cand. fr.* 6. *p.* 85.

U. ovata. *Strauss. Wetter. Ann.* 2. *p.* 93.

Habitat in foliis Cerastiorum et Stellariae Europae.

Diagn. Caespitulis majoribus distinctis irregularibus a. C. Onagrarum distinguitur, a. C. Vacciniorum macula effusa pallescente nec fusca limitata.

Not. Uredo Alsines Schumach. saell. 2. *p.* 232 *similis at nigra.*

72. CAEOMA *Silenes.*

C. maculis nullis, acervis ovalibus subrotundisque irregulariter dispositis, sporidiis cinnamomeis et globoso-ovoideis.

C. Silenes. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 128.

Habitat in foliis et caulibus Silenes chloranthae prope Berolinum. *(Schl.)*

73. CAEOMA *antherarum.*

C. maculis oblitteratis, acervis vage confluentibus antherarum, sporidiis subglobosis violaceis effusis.

C. antherarum. *Nees fung. p.* 14. *t.* 1. *f.* 5.

Uredo antherarum. *De Cand. fr.* 6. *p.* 79.

Uredo violacea. *Pers. syn. p.* 225. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 111. *Schmidt et Kunze exs. n.* 218.

Habitat in antheris Caryophyllacearum majorum, Saponariae et Lychnis in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Colore purpureo potius quam violaceo et sede dignoscitur.

74. CAEOMA *sparsum.*

C. maculis pallidis, acervis subrotundis et ovalibus amphigenis et epicaulis, epidermide rumpente, sporidiis ovoideis fuscis, pedicello crassiusculo.

Uredo sparsa. *Kunze et Schmidt exs. n.* 170.

Habitat in Arenaria maritima, aliisque plantis salsis Germaniae. (*Kunze. Schm.*) (*v. s.*)

Diagn. Acervi in foliis minores in caulibus majores, epidermide cito rumpente. Sporidia obscure fusca nigrescentia. Sub microscopio composito apparet pedicellus brevis at basi crassus pellucidus.

75. CAEOMA *Behenis.*

C. maculis pallidis, acervis subrotundis sparsis plerumque hypogenis, epidermide rupta cinctis, sporidiis cohaerentibus ovoideis longe pedicellatis nigris.

Uredo Behenis. *De Cand. fr.* 6. *p.* 63.

Habitat in foliis Cucubali Behenis Galliae. (*De Cand.*)

Diagn. Colore et pedicellis sporidiorum dignoscitur. Dubitat Candollius an Puccinia sit; saltem ad Puccinias transit.

76. CAEOMA *Arenariae.*

C. maculis pallidis, acervis subrotundis elevatis gregariis subconfluentibus solitariisque subclausis, sporidiis subglobosis purpureo-badiis.

Uredo Arenariae. *Schumach. saell.* 2. *p.* 232.

Habitat in foliis Arenariae trinerviae Daniae. (*Schumach.*)

77. CAEOMA *Sempervivi.*

C. maculis pallidis, acervis subrotundis verrucifor-

mibus amphigenis clausis, epidermide rarius poro rumpente, sporidiis subglobosis fuscescentibus.

Uredo Sempervivi. *Albert. Schwein. nisk. p.* 126.

Uredo Sedi. *De Cand. fr.* 2. *p.* 227., 6. *p.* 69.

Uredo ovata. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 94.

Habitat in foliis Sedi et Sempervivi Europae *non frequens.* (v. v.)

Diagn. Acervis subrotundis elevatis simul vero immersis, ita ut verrucam simulent, tandem apice concavis, epidermide poro rumpente sat distinctum. Sporidia tandem pallescunt.

78. CAEOMA *Saxifragarum.*

C. maculis pallidis, acervis subrotundis ovalibusque elevatis, sparsis aggregatisque hypogenis, epidermide rupta persistente, sporidiis subglobosis flavis.

Uredo Saxifragarum. *De Cand. fr.* 6. *p.* 87.

Habitat in variis Saxifragis Alpium (*De Cand.*) *nec non Sax. granulatae* Germaniae. (*Lk.*)

Diagn. Acervi ovales sat magni elevati et emissis sporidiis concavi. Sporidia demum pallescunt.

79. CAEOMA *Heucherae.*

C. maculis lutescentibus, acervis subrotundis sub cortice digestis densis, sporidiis nigro fuscis.

Uredo Heucherae. *Schw. fung. car. p.* 45.

Habitat in foliis Heucherae americanae et villosae in Carolina superiore. (*Schweinitz.*)

Diagn. Peridia primum clausa, dein pulverem spargentia, minuta. (*Schw.*)

80. CAEOMA *Ribesii.*

C. maculis flavescentibus, acervis subrotundis ovalibusque saepe confluentibus epidermide rumpente, sporidiis ovoideis subcohaerentibus fuscis.

Uredo confluens Ribis. *Albert. Schwein. nisk. p.* 122. *De Cand. fr.* 6. *p.* 86.

Uredo Evonymi. *Mart. mosq. p.* 230.

Uredo circinalis. *Strauss Wetter. Ann. p.* 86.

Habitat in Ribesio alpino, Evonymo aliisque fruticibus Europae.

Diagn. Differt a C. Mercurialis cum quo conjungunt Auctores sporidiis non circinatim positis, sporidiis magis cohaerentibus nec ita effusis.

81. CAEOMA *Epilobii.*

C. maculis flavescentibus, acervis subrotundis sparsis, epidermide rupta cinctis saepe hypogenis, sporidiis subglobosis fuscis.

Uredo Epilobii. *De Cand. fr.* 6. *p.* 73.

Uredo vagans Epilobii. *De Cand. fr.* 2. *p.* 228.

Habitat in foliis Epilobii tetragoni Europae. (*De Cand.*)

82. CAEOMA *Onagrarum.*

C. maculis flavescentibus, acervis subrotundis minutis clausis sparsis confluentibusque amphigenis, sporidiis globosis flavis.

Uredo pustulata. *Pers. syn. p.* 219. *De Cand. fr.* 6. *p.* 85. *Schmidt et Kunze exs. n.* 213.

Uredo Circaeae. *Alb. Schwein. nisk. p.* 124. *Schumach. saell.* 2. *p.* 228.

Uredo ovata. *Strauss Wetter. Ann. p.* 93.

Habitat in Epilobiis et Circaea in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Acervis multo minoribus saepe regulariter positis et confluentibus ab Ur. Caryophyllacearum differt.

83. CAEOMA *Eugeniarum.*

C. maculis fuscescentibus, acervis irregularibus aggregatis amphigenis plerumque clausis, sporidiis subglobosis cohaerentibus flavescentibus.

Habitat in Eugeniae specie Brasiliae. *Lect. prope Rio de Janeiro.* (*Beyrich.*) (*v. s.*)

Diagn. Folia juniora Eugeniarum fere obtegit, Caeomati Campanularum simile, sporidiisque non minus cohaerentibus at caespituli minores, color multo pallidior, nisi expallescunt.

84. CAEOMA *Rosae*.

C. maculis flavis, acervis subrotundis minutis aggregatis foliorum nervi et petiolorum effusis, sporidiis subglobosis aurantiacis.

Var. 1. *Punctiforme*, caespitulis subrotundis minutis.

Uredo Rosae. *Pers. syn. p.* 215. *Alb. et Schweinisk. p.* 223. *Schumach. saell.* 2. *p.* 230.

Uredo Rosae *α*. *De Cand. fr.* 2. *p.* 232.

Var. 2. *Miniatum*, caespitulis effusis.

Uredo miniata. *Pers. syn. p.* 217. *Alb. Schweinisk. p.* 123.

Uredo Rosae *β*. *De Cand. fr.* 2. *p.* 232.

Uredo effusa. *Strauss. Wetter. Ann.* 2. *p.* 99.

Uredo elevata. *Schumach. saell.* 2. *p.* 229.

Habitat in Rosis; var. prima in foliis et quidem pagina inferiore, altera in petiolis, pedunculis et germinibus in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Colore miniato facile dignoscitur, qui vero expallescit, ut in sicca albus fere sit.

85. CAEOMA *pingue*.

C. maculis oblitteratis, acervis effusis foliorum nervorum et petiolorum, sporidiis ovoideis flavo-ferrugineis.

Uredo pinguis. *De Cand. fr.* 2. *p.* 235.

Habitat in Rosa alpina et austriaca Europae. (*De Cand.*)

Diagn. Colore et forma sporidiorum a Caeomate Rosae distinguitur.

86. CAEOMA *Ruborum*.

C. maculis pallidis, oppositis fuscis, acervis subrotundis aggregatis cito erumpentibus plerumque hypogenis, sporidiis subglobosis aurantiacis.

Uredo Rubi fruticosi. *Pers. syn. p.* 218. *Albert. Schwein. nisk. p.* 124.

Uredo Ruborum. *De Cand. fr.* 2. *p.* 234., 3. 596. *Kunze et Schmidt exs. n.* 180.

Aecidium Rubi. *Sowerb. fung t.* 398.

Habitat in foliis Rubi fruticosi et caesii. (*v. v.*)

Diagn. Ne confundatur cum C. gyroso semper anogeno nec cum C. porphyrogeneta maculae rubrae insidente semper clauso.

87. CAEOMA *Potentillarum.*

C. maculis flavescentibus, acervis subrotundis ovalibusque bullatis aggregatis saepe confluentibus, sporidiis subglobosis subcohaerentibus aurantiacis.

Uredo Potentillarum. *De Cand. fr.* 6. *p.* 81.

Uredo polymorpha *α* et *ϑ*. *Strauss. Wetter. Ann.* 2. *p.* 86.

Uredo Potentillae. *De Cand. fr.* 2. *p.* 232. *Schumach. saell.* 2. *p.* 228.

Uredo Alchemillae. *Pers. syn. p.* 215. *Holl et Schmidt exs. n.* 66. *Schumach. saell.* 2. *p.* 227.

Uredo Ulmariae. *Schumach. saell.* 2. *p.* 227. *Mart. mosq. p.* 231.

Uredo Spiraeae. *Sowerb. fung. t.* 398. *f.* 7.

Habitat in Rosaceis variis Europae *frequens.* (*v. v.*)

Diagn. Aut in pagina inferiore foliorum erumpit aut rarius in petiolis pro loco et glabritie vario modo sese habens. Semper bullatum est, sporidiis aurantiacis parum inter se cohaerentibus. Color vividus mox expallescit.

88. CAEOMA *Porphyrogeneta.*

C. maculis purpureis, acervis subrotundis parvis aggregatis hypogenis, epidermide sero rumpente, sporidiis cohaerentibus subglobosis rufis.

Uredo Padi. *Kunze et Schmidt. exs. n.* 187.

Uredo Prunastri. *De Cand. fr.* 6. *p.* 85., *at colorem maculae non indicat.*

Habitat in foliis Prunii Padi et Rubi fruticosi in Europa. *Lect. in Gallia, Germania, Dalmatia.* (*Ehrenb.*) (*v. v.*)

Diagn. Forma acervorum et macula purpurea dignoscitur.

89. CAEOMA *interstitiale.*

C. maculis oblitteratis, acervis linearibus, interstitium inter duos nervos occupantibus hypogenis, epidermide rupta cinctis, sporidiis subglobosis flavis seu aurantiacis.

C. interstitiale. *Schlechtend. Hor. ber.* p. 96. *t.* 20. *f.* 13.

Habitat in foliis Rubi fruticosi in Camtschatca. (*Chamisso.*) (*v. s.*)

Diagn. Modo crescendi ab omnibus affinibus distinguitur.

CAEOMA *Ribesii.*

Habitat in Evonymo europaeo v. i.

90. CAEOMA *apiculosum.*

C. maculis flavescentibus fuscisque, acervis subrotundis sparsis epidermide rupta cinctis saepissime amphigenis, sporidiis ovoideis fuscis pedicello brevi instructis.

C. apiculatum. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 128.

Uredo amphigena. *Link Obs. II.* p. 28.

Uredo Erythronii. *De Cand. fr.* 6. p. 67.

Uredo Aristolochiae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 67?

Uredo Rumicum. *De Cand. fr.* 6. *p.* 65. *Schumach. saell.* 2. *p.* 231.

Uredo Acetosae. *Schumach. saell.* 2. *p.* 231.

Uredo Gentianae. *De Cand. fr.* 6. p. 64.

Uredo Phyteumatum. *De Cand. fr.* 2. *p.* 225. 6. *p.* 65?

Uredo flosculosorum. *Albert. Schwein. nisk. p.* 128.

Uredo Chicoracearum. *De Cand. fr.* 2. *p.* 229. 6. *p.* 74.

Uredo Cyani. *De Cand. fr.* 6. *p.* 74.

Uredo apiculata Arctii. *Strauss. Wetter. Ann.* 2. *p.* 97.

Uredo Arnicae scorpioidis. *De Cand. fr.* 6. *p.* 65.

Aecidium argentatum Impatientis. *Schultz. starg.* *p.* 454.

Uredo appendiculata α. *Pers. syn. p.* 222.

Uredo Phaseoli. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 98. *Schmidt et Kunze exs. n.* 115.

Uredo Trifolii. *De Cand. fr.* 6. *p.* 66. 2. *p.* 225.

Uredo Orobi. *Dec. fr.* 6. *p.* 66. *Schumach. saell.* 2. *p.* 233.

Uredo Laburni. *De Cand. fr.* 6. *p.* 63. 2. *p.* 224.

Uredo Cytisi. *De Cand. fr.* 6. *p.* 63., *annulatim crescens.*

Uredo Cytisi β nigricantis. *Strauss. Wetter. Ann.* 2. *p.* 98. *Schmidt et Kunze exs. n.* 216.

Uredo Hedysari obscuri. *De Cand. fr.* 6. *p.* 64. *epigenum.*

Uredo caulincola. *Link Obs. II. p.* 27.

Habitat in variis plantis, foliis et caulibus in Europa. *(v. v.)*

Diagn. Acervi sparsi parvi subrotundi fusci, interdum circinnatim positi ut in Uredine Cytisi, plerumque amphigeni, interdum epigeni ut in Uredine Hedysari, saepius hypogeni. Pedicellus brevis valde inconstans variae magnitudinis, interdum deficere videtur. Certe ejusdem speciei sunt late vagantis.

91. CAEOMA *appendiculosum.*

C. maculis flavescentibus fuscis, acervis subrotundis ovalibusque confluentibus planiusculis amphigenis, epidermide rumpente, sporidiis ovoideis longe pedicellatis fuscis.

C. appendiculatum. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 129.
C. Phaseoli. *Nees fung. p.* 16. *t.* 1. *f.* 10.
Uredo appendiculata β. *Pers. syn. p.* 222.
Uredo Pisi. *Strauss. Wetter. Ann.* 2. *p.* 99. *De Cand.* 6. *p.* 64. 2. *p.* 224.

Habitat in Leguminosis variis Europae *non infrequens. (v. v.)*

Diagn. A praecedente acervis majoribus saepe confluentibus planiusculis, tum pedicello longo praesertim differt.

Not. Ab hac non differre videtur Puccinia Hedysari paniculati Schw. fun. car. p. 48. *punctiformi*

sparsa fusca, sporidiis ovato-globosis fuscis pedicello longissimo filiformi pellucido. Frequens in aversa facie foliorum Hedysari paniculati. Pedicellus filiformis pellucidus.

92. CAEOMA *Leguminosarum.*

C. maculis oblitteratis, acervis subrotundis ovalibusque bullatis sparsis aggregatisque, epidermide rupta cinctis, sporidiis ovoideis fuscis non pedicellatis.

Uredo Viciae Fabae. *Pers. syn. p.* 221. *Albert. Schwein nisk. p.* 127.

Uredo Fabae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 69. 2. *p.* 596.

Uredo cincta Fabae. *Strauss. Wetter. Ann.* 2. *p.* 95.

Uredo caulincola. *Link Obs. II. p.* 27. *partim.*

Habitat in variis Leguminosis Europae, *tam in foliis quam in caule.* (*v. v.*)

Not. Non differt a C. apiculato, nisi sporidiis pedicello orbatis. Vix itaque specie distinguendum.

93. CAEOMA *punctosum.*

C. maculis flavescentibus, acervis rotundis minutis sparsis circinatimque confluentibus hypogenis clausis flavis demum nigris, sporidiis cohaerentibus subglobosis.

Uredo punctata. *De Cand. fr.* 2. *p.* 235.

Hab. in variis Euphorbiae speciebus in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Singularis species metamorphosi singulari, qua in Sphaeriam abire videtur. Puncta primum oriuntur convexa, tunc in acervum planiusculum expanduntur, tandem superficies tuberculosa fit et nigrum induit colorem. Sporidia subglobosa vidi et arcte cohaerentia materia viscosa conglutinata.

94. CAEOMA *excavum.*

C. maculis flavescentibus, acervis rotundis minutis sparsis hypogenis, epidermide poro rumpente, sporidiis ovoideis fuscis.

Uredo excavata. *De Cand. fr.* 2. *p.* 227. 6. *p.* 69.

Habitat in foliis Euphorbiae dulcis Galliae. (*De Cand.*)

Diagn. Non deformare plantam, uti solet Caeoma scutellosum ait De Candolle.

95. CAEOMA *scutellosum.*

C. maculis oblitteratis, acervis subrotundis aggregatis seriatisque, epidermide rupta cinctis plerumque hypogenis, sporidiis subglobosis fuscis pedicello brevi instructis.

C. scutellatum. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 128.

Uredo scutellata. *Pers. syn. p.* 220. *Alb. Schwein. nisk. p.* 127. *De Cand. fr.* 6. *p.* 47. 2. *p.* 227. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 95.

Habitat in Euphorbiis variis praesertim in Euphorbia Cyparissia, cujus folia inde deformantur, in Europa. (*v. v.*)

Not. Vix diversum a C. apiculoso, plane convenit caespitulis et sporidiis, differt modo crescendi.

96. CAEOMA *Mercurialis.*

C. maculis flavescentibus, acervis subrotundis minutis circinatim positis confluentibusque hypogenis, epidermide rumpente, sporidiis subglobosis fuscis.

Uredo confluens Mercurialis. *Albert. Schwein nisk. p.* 122. *De Cand. fr.* 6. *p.* 86.

Uredo circinalis. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 88.

Habitat in foliis Mercurialis perennis Europae. (*v. s.*)

Diagn. A reliquis speciebus, quas conjungunt auctores differt sporidiis nullo modo cohaerentibus, acervis circinatim positis.

Caeoma Ricini. Bivona sic. 3. *p.* 10. *an h. l.?*

97. CAEOMA *Terebinthi.*

C. maculis subrotundis rufis, acervis subrotundis planis hypogenis, epidermide rumpente, sporidiis subglobosis cohaerentibus rufo-fuscis.

Uredo Terebinthi. *De Cand. fr.* 6. *p.* 71.

Habitat in Pistacia Terebintho Europae australis.

Diagn. Acervos format 1—1½ *lin. diam. macula cingente distinguendos.*

98. CAEOMA *Carpini.*

C. maculis pallidis, acervis minutissimis sparsis aggregatis et confluentibus nudis, sporidiis pyriformibus rufis.

C. Carpini. *Nees fung.* p. 16.

Habitat in Carpino Betulo Helvetiae (*Walleb. teste Nees*) (*v. s.*)

Diagn. Singularis species ob acervos nudos, epidermide saltem non conspicua. Juniora sporidia triannulata esse adfirmat Nees ab Esenbeck.

99. CAEOMA *allochroum.*

C. maculis fuscescentibus nigrisque, acervis subrotundis sparsis aggregatisque, sporidiis conglutinatis aurantiacis demum fuscis nigrisque.

Uredo effusa γ. *Strauss Wetter. Ann.* 2. p. 9.

Habitat in foliis Populi tremulae Germaniae. (*v. s.*)

Diagn. Dignoscitur sporidiis conglutinatis, epidermide vix conspicua, acervis parvis at aggregatis fere confluentibus. In eodem folio color aurantiacus et fuscus, ita ut mutatio in quibusdam tantum caespitulis facta videatur.

100. CAEOMA *Juniperi.*

C. maculis pallidis, acervis subglobosis minutis saepe confluentibus epigenis, sporidiis paucis subglobosis fuscis demum nigris.

Habitat in foliis Juniperi communis Europae australis. *Prope Bocche di Cattaro legit Ehrenb.* (*v. s.*)

Diagn. Acervi minuti duabus seriebus per paginam superiorem foliorum decurrentes primum fusci, demum nigri rugosi ita ut alium fungillum sistant.

101. CAEOMA *Filicum.*

C. maculis flavescentibus, acervis subrotundis bullatis sparsis aggregatisque hypogenis, epidermide demum rumpente, sporidiis subglobosis flavis.

Uredo linearis Polypodii. *Pers. syn.* p. 207. *Holl et Schmidt exs. n.* 18.

Uredo Aspidii. *Pollini Giorn. d. fisic.* 9. *p.* 182.
Habitat in variis Filicibus Polypodinis Europae. (*v. v.*)
Diagn. Ab Ur. lineari forma caespitulorum sat differt.

Subdiv. 2. *Sporidiis albis.*

102. CAEOMA *candidum.*

C. maculis pallidis, acervis subrotundis ovalibusque sparsis confluentibusque saepe hypogenis epidermide bullata rarius rumpente, sporidiis ovoideis interdum utrinque obtusatis albis.
C. candidum. *Nees fung. p.* 16. *t.* 1. *f.* 8.
C. obtusatum. *Link Obs. I. p.* 4.
Uredo candida. *Pers. syn. p.* 223. *De Cand. fr.* 6. *p.* 88.
Uredo Cruciferarum. *De Cand. fr.* 2. *p.* 596.
Uredo cubica. *Mart. mosq. p.* 228.
Uredo Portulacae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 88. *var.*
Uredo Bliti. *Bernard. sic.* 3. *p.* 11.
Uredo Thlaspi. *Sowerb. fung. p.* 340.

Habitat in foliis, petiolis et caulibus variarum plantarum Semiflosculosarum, Cruciferarum, Mercurealis, Portulacae, Centaureae in tota Europa. *Malpighiae in America.* (*v. v.*)

Diagn. Colore albo epidermide nitente rarius tantum rumpente distinguitur. Sporidia utrinque retusa viderunt Martius et ego in Caeomate Tragopogonis, Ehrenberg in Caeomate Centaureae, in reliquis magis subglobosa sunt. An siccitate cubica evadunt, ut Martius putat, an speciem, varietatemque diversam indicant? Caeoma Portulacae De Cand. epigeum est, et epidermis rumpitur.

Div. 2. *Sporidiis caespituli inaequalibus.*

103. CAEOMA *Valerianae.*

C. maculis flavescentibus, acervis subrotundis parvis confluentibus circinatim saepe positis, epidermide poro tandem rumpente, sporidiis rufofuscis subglobosis brevi pedicellatis, aliisque clavatis pedicellatis.

Uredo Valerianae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 68.

Habitat in Valeriana montana Galliae. (*De Cand.*)

Diagn. Acervi in diachymate foliorum regulariter positi, acervo centrali et annulo acervorum circularium illum cingente; in nervis vero absque ordine congregati et confluentes. Epidermis aut clausa permanet aut tandem rumpitur, interdum nonnisi in acervo centrali. Sporidia subglobosa frequentiora.

Not. Uredo Valerianae Schumach. saell. 2. *p.* 233. *an hujus loci?*

104. CAEOMA *Lini.*

C. maculis lutescentibus, acervis convexis subrotundis sparsis, epidermide rupta cinctis, sporidiis aurantiacis aliis subglobosis, aliis pyriformibus, aliis breve pedicellatis, aliis nudis.

C. Lini. *Obs. II. p.* 528.

Uredo Lini. *De Cand. fr.* 2. *p.* 234.

Uredo miniata *β. Pers. syn. p.* 215.

Uredo polymorpha *μ. Strauss Wett. Ann.* 2. *p.* 85.

Habitat in foliis, caule et reliqua herba Lini cathartici frequens in Europa. (*v. v.*)

105. CAEOMA *gyrosum.*

C. maculis oblitteratis, acervis minutis in annulum parvum confluentibus, epidermide rumpente, sporidiis aliis subglobosis flavis, aliis pyriformibus decoloribus.

Uredo gyrosa. *Rebent. neomarch. p.* 355. *t.* 3. *f.* 13. *a et b. Strauss. Wetter. Ann.* 2. *p.* 92. *Holl et Schmidt exsicc. n.* 67. *Funke crypt. sicc. n.* 445.

Uredo Rubi idaei. *Pers. syn. p.* 218. *Alb. et Schw. nisk. p.* 125.

Habitat in foliis Rubi idaei Europae *pagina superiore.* (*v. v.*)

Diagn. Parvos annulos flavos efficit in pagina superiore foliorum, centro vacuo, quibus notis facile dignoscitur.

106. CAEOMA *Poterii.*

C. maculis oblitteratis oppositis rufescentibus, acervis subrotundis sparsis minutis hypogenis, epidermide rumpente, sporidiis subglobosis, aurantiacis aliisque cylindricis curviusculis decoloribus.

C. Poterii. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 125.

Uredo Potentillarum ε. *De Cand. fr.* 6. *p.* 80.

Habitat in foliis Poterii Sanguisorbae in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Acervis minutis punctum aureum referentibus aut exacte fere rotundis a reliquis discrepat, tum sporidiorum forma.

107. CAEOMA *Euphorbiarum.*

C. maculis oblitteratis, acervis subrotundis parvis sparsis plerumque hypogenis, epidermide rupta cinctis, sporidiis aliis effoetis pyriformibus aut subglobosis pedicellatis, aliis subglobosis aurantiis.

C. Helioscopiae. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 125.

Uredo Euphorbiae helioscopiae. *Pers. syn. p.* 215.

Uredo Helioscopiae. *De Cand. fr.* 2. *p.* 232.

Uredo Euphorbiae. *Rebent. neom. p.* 354.

Uredo polymorpha γ. *Strauss. Wetter. Ann.* 2. *p.* 87.

Habitat in foliis et capsulis variarum specierum Euphorbiae in Europa. (*v. v.*)

108. CAEOMA *cylindricum.*

C. maculis luteis, acervis subrotundis parvis hinc inde confluentibus, epidermide tandem poro rumpente, sporidiis aliis effoetis subglobosis pedicellatis, aliis cylindricis utrinque obtusis aurantiis.

Uredo populina. *Pers. syn. p.* 219.

Uredo cylindrica. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 92. *Schmidt et Kunze exs. n.* 214.

Uredo longicapsula. *De Cand. fr.* 2. *p.* 233; 6. *p.* 85.

Uredo ovata α Populi et β Betulae. *Strauss l. c.*

Habitat in foliis Populorum glabris nec non Betularum Europae. (*v. v.*)

Diagn. Acervi parvi initio rariores tum maxima copia inferiorem foliorum paginam obtegunt, superior maculis fuscis variegata apparet. Sero erumpit. Sporidia cylindrica interdum curva apparent.

Not. Uredo ovata et cylindrica Strauss non differre videntur, convenit enim Uredo betulina nostra cum Ur. ovata populina et forma sporidiorum est ut in Ur. cylindrica. Aliter sentiunt Schmidt et Kunze.

109. CAEOMA *aegirinum.*

C. maculis pallidis, acervis subrotundis orbicularibusve sparsis aut confertis, epidermide rupta cinctis amphigenis, sporidiis aliis clavatis effoetis aliisque subglobosis pallide aurantiis.

C. aegirinum. *Schlecht. ber.* 2. *p.* 124.

Uredo aecidioides. *De Cand. fr.* 2. *p.* 236.

Habitat in foliis Populi albae in Europa. (*De Cand. Schlecht. Lk.*) (*v. v.*)

Diagn. In pagina superiore equidem semper inveni, in utraque Schlechtendalius, in inferiore De Candolle. Acervi elevati medio depressi, ita ut Aecidium non male referant. Color ut in multis pallescit.

Not. Uredo effusa γ. Strauss potius ad C. allochroum referendum videtur.

110. CAEOMA *mixtum.*

C. maculis lutescentibus, acervis confluentibus effusis, epidermide rupta cinctis, sporidiis aliis effoetis subrotundis pedicellatis, aliis oblongis aurantiis.

C. mixtum. *Link. Obs. II. p.* 528. *Schlecht. ber.* 2. *p.* 124. *Schmidt et Kunze exs. n.* 114.

Uredo Salicis. *De Cand. fr.* 2. *p.* 231. 6. *p.* 79.

Habitat in pagina foliorum inferiore rarius in superiore, in petiolis, ramis junioribus, capsulisque variarum Salicis specierum in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Dignoscitur acervis confluendo magnis capsulas saepe totas tegentibus, epidermide cito rupta, unde sporidia effusa, colore laete aurantio sat diu colorem conservantibus. In quibusdam regionibus frequentissimum.

111. CAEOMA *Saliceti.*

C. maculis lutescentibus, acervis subrotundis solitariis, aut in orbes centro libero dispositis, epidermide rupta cinctis, plerumque hypogenis, sporidiis aliis effoetis subglobosis pedicellatis aut pyriformibus, aliis subglobosis aurantiis.

C. Saliceti. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 124.

Uredo Vitellinae. *De Cand. fr.* 2. *p.* 231?

Habitat in foliis Salicis fragilis aliarumque in Europa. (*Schlecht. De Cand.?*) (*v. s.*)

112. CAEOMA *epiteum.*

C. maculis oblitteratis oppositis flavis, acervis subrotundis parvis sparsis, epidermide rupta annulatim cinctis hypogenis, sporidiis aliis effoetis pyriformibus pedicellatis, aliis subrotundis flavis.

C. epiteum. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 124.

Uredo epitea. *Kunze mykol. Hefte* 1. *p.* 68. *exs. n.* 147.

Aecidium Salicis. *Sowerb. fung. t.* 398. *f.* 4.

Habitat in foliis Salicis viminalis et pentandrae in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Acervi minuti regulares sparsi vix confluentes. Cito rumpitur epidermis et tum quoque orbe exacto cingit caespitulum. Color mox pallescit.

113. CAEOMA *Caprearum.*

C. maculis oblitteratis oppositis flavis, acervis formae variae hinc inde confluentibus planiusculis, epidermide rupta cinctis hypogenis, sporidiis aliis effoetis subglobosis pyriformibusque pedicellatis, aliis subglobosis flavidis.

C. Caprearum. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 125.

Uredo Caprearum. *De Cand. fr.* 6. *p.* 80.

Uredo farinosa α. *Pers. syn. p.* 217.

Habitat in foliis Salicis Capreae et adfinium in Europa. (*v. v.*)

Diagn. In tomento erumpunt acervi variae formae et confluendo magis irregulares. Epidermis primo elevata

est fere bullata. Rumpitur epidermis, sporidia elabuntur et tum impressiones oriuntur sat profundae. Color pallescit.

Subgen. 2. *Sporidia epidermidem forma cyathi excrescentem pseudoperidium formantem rumpunt.*
Aecidium.

Not. Cyathi saepissime integerrimi sunt, sed videntur lacinulati ob sporidia adhaerentia et effusa. Color plerumque albicans.

114. CAEOMA *Convallariatum.*

C. maculis parvis albis oppositis fusco-flavis, pseudoperidiis concentricis aut seriatis aut sparsis plerumque hypogenis, sporidiis albis flavis.

C. elegans. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 115.

Aecidium Convallariae. *Schumach. saell.* 2. *p* 224. *Link Obs. II. p.* 29. *Schmidt et Kunze exsicc. n.* 17. *Flora danic. t.* 1435.

Aecidium Majanthae. *Schumach. saell.* 2. *p.* 224.

Habitat in foliis Convallariarum Linn., nec non adfinibus Europae borealis. (*v. v.*)

Diagn. Maculae purpureae adventitiae sunt. In nervis primariis foliorum seriatim crescit, reliquis in locis concentrice circulo simplici aut duplici centro libero. Prope adstant pseudoperidia sparsa. Color albens.

115. CAEOMA *Erythroniatum.*

C. maculis albescentibus, pseudoperidiis confertis seriatisque opposite fuscis plerumque hypogenis, sporidiis aurantiis.

Aecidium Erythronii. *De Cand. fr.* 2. *p.* 246.

Habitat in foliis Erythronii Europae australis. *Lect. prope Genevam* (*De Cand.*), *in Lusitania* (*Link*), *prope Tergestum* (*Hornschuch*) (*v. v.*)

Diagn. Pseudoperidia in pagina opposita maculam fuscam efficiunt magnitudine pseudoperidii. Ad nervos seriata rarissime vero serie simplici, plerumque irregulariter conferta.

116. CAEOMA *Alliatum.*

C. maculis subpallidis, pseudoperidiis annulatim positis haud contiguis, sporidiis flavescentibus.

Aecidium Allii ursini. *Pers. syn. p.* 218. *Schmidt et Kunze exs. n.* 210.

Aecidium Uvulariae. *Schw. fung. car. p.* 43. *sporidiis albis in Uvularia perfoliata.*

Habitat in foliis Allii ursini in Germania. (*v. s.*)

Diagn. In disco pseudoperidia annulatim quidem posita at valde aggregata sunt ut annuli vix distinguantur. Tum orbis plane liber apparet. In ambitu iterum annuli pseudoperidiorum positi, magis distincti.

117. CAEOMA *Smilacinatum.*

C. sporidochio spurio incrassato subtus convexo supra concavo luteo-rubro, pseudoperidiis aggregatis, sporidiis albis.

Aecidium Smilacis. *Schw. fung. car. p.* 43.

Habitat in foliis Smilacis rotundifoliae et laurifoliae Carolinae superioris. (*Schweinitz.*)

Diagn. Distinctissimum. Verrucas crassas cylindrico-conicas in aversa pagina foliorum efficit. Hae verrucae quasi truncatae sunt et ibi parte truncato-pulvinata peridiis immersis tecta, duas lineas ad unciae quadrantem lata et duas tresve lin. alta. Sporidia alba majuscula ovalia vesiculosa. (*Schw.*)

118. CAEOMA *Aroidatum.*

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis in series longissimas digestis, sporidiis aurantiis.

Aecidium Caladii. *Schw. fung. car. p.* 43.

Habitat in foliis Caladii sagittifolii Carolinae superioris. (*Schweinitz.*)

Diagn. Ad foliorum costas et in caulibus invenitur; plantas interficit. Peridia clausa Sphaerias simulant.

119. CAEOMA *Aristolochiatum.*

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis sparsis oppositis fuscis hypogenis, sporidiis fuscis.

Uredo Aristolochiae. *Schleich. exsicc.*

Habitat in variis Aristolochiae speciebus Europae australis. *Lect. in Helvetia* (*Schleich.*) *prope Tergestum* (*Hornschuch.*) (*v. v.*)

Diagn. Pseudoperidia in pagina inferiore ita per totam superficiem sparsa, ut certis distantiis posita sint.

120. CAEOMA *rubellatum.*

C. macula purpurascente circumscripta fuscaque effusa, pseudoperidiis orbiculatim congestis centro libero, sporidiis lutescentibus.

Aecidium Rumicis. *Pers. syn. p.* 207.

Aecidium rubellum Rumicis. *De Cand. fr.* 2. *p.* 241. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 2. *f.* 2. *Schmidt et Kunze exs. n.* 142. Aec. rub. Rhei compacti. *Hoffm. l. c.*

Aecidium Rumicis Serratulae. *Alb. et Schw. nisk. p.* 116. *Schmidt et Kunze exs. n.* 166.

Aecidium Rhei. *Sowerb. fung. t.* 398. *f.* 6.

Aecidium rubellum Centaureae. *De Cand. fr.* 2. *p.* 241.

Habitat in variis Rumicum et Rhei speciebus Europae. (*v. v.*)

Diagn. Macula duplici saepissime distincta, altera longe lateque saepe per totam superficiem effusa fusca, cui purpurea orbicularis imposita est. Pseudoperidia orbiculatim quidem posita at conferta.

121. CAEOMA *Polygonatum.*

C. maculis purpureis subregularibus, pseudoperidiis aggregatis sparsisque hypogenis, sporidiis flavis.

Aecidium Polygoni. *Kunze in litter.*

Habitat in foliis junioribus variorum Polygonorum in Germania. (*Kunze*) (*v. s.*)

Diagn. A praecedente nonnisi situ irregulari differt.

122. CAEOMA *laceratum.*

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis solitariis sparsis et subaggregatis, poro foramineque apertis, demum laceris, sporidiis pallidis.

Caeoma Frankeniae. *Obs. II. p.* 29.

Habitat in Herniaria incana prope Alexandriam Aegypti (*Ehrenberg*), Italiae (*Berger*) (*v. s.*)

Diagn. Varia pseudoperidiorum forma, quae tomento plantae imposita videntur facile distinguitur. Pseudoperidia inter majores recensenda.

Not. In dissertatione mea altera Obs. II. redigenda varii sunt errores commissi, sic quoque nomen Frankeniae ad Pucciniam pertinens huc translatum est.

123. CAEOMA *Chenopodiatum.*

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis per totam superficiem sparsis hinc inde confertis laciniatis amphigenis, sporidiis aurantiis.

Aecidium Chenopodii fruticosi. *De Cand. fr.* 6. *p.* 92.

Habitat in foliis Chenopodii fruticosi in Galliae *maritimis.* (*De Cand.*)

124. CAEOMA *Salicorniatum.*

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis solitariis sparsis circinatisque, sporidiis flavis.

Aecidium Salicorniae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 92.

Habitat in foliis Salicorniae herbaceae in Gallia. (*De Cand.*)

125. CAEOMA *Thesiatum.*

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis solitariis irregulariter sparsis utramque paginam occupantibus, sporidiis pallide flavis demum fuscis.

Aecidium Thesii. *Desvaux Journ. d. Bot.* 2. *p.* 311. *De Cand. fr.* 6. *p.* 89.

Habitat in foliis Thesii Linophylli in Gallia (*Desv. De Cand.*), Helvetia (*Schleich.*) (*v. s.*)

Diagn. In nostris pseudoperidia utramque paginam tegunt; De Candolle vidit in pagina inferiore tantum.

126. CAEOMA *Lysimachiatum.*

C. maculis luteis subrubentibus, pseudoperidiis laxe

in acervos irregulares digestis hypogenis et epicaulis, sporidiis pallide aurantiis.

C. Lysimachiae. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 113.

Habitat in foliis, petiolis et caule Lysimachiae thyrsiflorae in Germania. (*Schlecht.*) (*v. s.*)

Diagn. Loco dignoscitur in foliis et caule, tum sporidiorum colore.

Not. An Aecidium Lysimachiae Schw. fung. car. p. 41. *hujus loci?*

127. CAEOMA *Primulatum.*

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis solitariis sparsis confertisque hypogenis, sporidiis albo-flavis.

Aecidium Primulae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 90.

Habitat in foliis Primulae veris Galliae. *Lect. in Pyrenaeis.* (*De Cand.*)

Diagn. Pseudoperidia discum folii fere obtegunt. Rarius floret planta hisce cupulis tecta. (*De Cand.*)

128. CAEOMA *Soldanellatum.*

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis solitariis regulariter sparsis totam paginam inferiorem occupantibus, sporidiis aurantiis.

Aecidium Soldanellae. *Hornschuch in litter.*

Habitat in foliis Soldanellae alpinae Alpium Europae. (*Lect. in Alpib. Salisburg.*) (*Hornsch.*) (*v. s.*)

Diagn. Pseudoperidia aequalibus intervallis disposita aversa pagina tubercula sistunt parva. Color sporidiorum elegans, colore pseudoperidiorum pallido.

129. CAEOMA *Melampyratum.*

C. macula purpurea irregulari, pseudoperidiis aggregatis maculae impositis hypogenis, sporidiis concoloribus.

C. Melampyri. *Kunze et Schmidt exs. n.* 165.

Habitat in foliis Melampyri nemorosi in Germania. *Lect. Lipsiae* (*Kunze*) (*v. s.*)

Diagn. Pseudoperidia in acervum subrotundum composita in macula ab orbiculari forma parum aberrante.

Not. Cfr. Aecidium Pentastemonis Schw. fung. car. p. 42. orbiculare minus crassum purpureum, peridiis candidis congestis. Non infrequens in foliis et caulibus Pentastemonis hirsuti. Distincta species. Lineas duas latum. Peridia pro ratione plantae magna. Sporidia luteo fusca simplicia vesiculosa.

130. CAEOMA *Pediculariatum.*

C. maculis oblitteratis, subiculo incrassato, pseudoperidiis dense et irregulariter congestis subimmersis, sporidiis sordide et pallide aurantiis.

C. Pedicularis. *Schlecht. ber. 2. p.* 113.

Aecidium Pedicularis. *Leboschütz Mem. de Moscov.* 5. *p.* 76. *t.* 5. *f.* 1.

Aecidium crassum var. Pedicularis. *Funk. crypt. exs.*

Habitat in petiolis, caulibus et foliorum nervis rarius in pagina foliorum Pedicularis palustris in Europa. (*Schlecht.*) (*v. s.*)

Diagn. Loco praesertim dignoscitur.

131. CAEOMA *Scrofulariatum.*

C. maculis oblitteratis flavescentibus, pseudoperidiis sparsis aut in acervos suborbiculares laxe digestis hypogenis, sporidiis albis demum fuscis.

Aecidium Scrofulariae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 91.

Habitat in foliis Scrofulariae aquaticae Helvetiae (*Chaillet.*)

Diagn. Pezizae simile planiusculum, pseudoperidia limbo recto brevi crasso. Rarius repertum. (*De Cand.*)

131. CAEOMA *Menthatum.*

C. maculis oblitteratis, subiculo incrassato, pseudoperidiis sparsis emersis subrotundis aut aggregatis immersis subovalibus, sporidiis aurantiis.

Aecidium Menthae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 95.

Habitat in foliis et praesertim caulibus Menthae sylvestris in Helvetia (*Chaillet*), Austria (*Ehrenb.*) (*v. s.*)

Diagn. Tumores producit in partibus ubi confertim oritur, hinc pseudoperidia immersa et formae irregu-

lares. Ubi pseudoperidia solitaria sunt, formam habent rotundam et emersa conspiciuntur. Sporidia copiosa ovoidea. Ubi non eruptum est verrucam fere carnosam sistit.

132. CAEOMA *Phillyreatum*.

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis confertis immersis orificio contracto, sporidiis aurantiacis.

Aecidium Phillyreae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 96.

Habitat in foliis, nervis praesertim et petiolis Phillyreae latifoliae in Gallia. (*De Cand.*)

Diagn. Partes, quibus innascitur tumentes et deformes reddit hinc Caeomati crasso simillima et forte varietas (*De Cand.*)

133. CAEOMA *Borragineatum*.

C. maculis rufo-fuscis, pseudoperidiis in acervos suborbiculares digestis dense aggregatis hypogenis, sporidiis aurantiis.

Aecidium Asperifolii. *Pers. syn. p.* 208. *De Cand. fr.* 2. *p.* 242., 6. *p.* 93. *Schumach. saell.* 2. *p.* 222. *Rebent. neom. p.* 352.

Aecidium Lycopsidis. *Desvaux Journ. d. Bot.* 2. *p.* 311.

Habitat in foliis et caule variarum specierum e Borragineaurum ordine in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Folia superne maculis effusis rufo-fuscis insignita sunt, subtus acervos habent sat magnos e pseudoperidiis magis minusque dense compositis. In caule bracteisque acervi minores sunt. Non nocere plantis jam observavit Candolle.

134. CAEOMA *Nymphoidatum*.

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis in circulos concentricos centro libero digestis immersis epigenis, sporidiis flavis demum rufo-fuscis.

Aecidium Nymphoidis. *De Cand. fr.* 2. *p.* 597., 6. *p.* 93.

Habitat in foliis Menyanthis (*Villarsiae*) *Nymphoidis in* Gallia (*De Cand.*)

Diagn. In pagina superiore emersa Villarsiae Nymphoidis orbem constituit pseudoperidiorum solitarium, tum alii orbes accrescunt concentrici, centro libero remanente. Pseudoperidia ita immersa ut margines vix observentur (*De Cand.*)

135. CAEOMA *Apocynatum.*

C. maculis subrotundis supra aurantiis subtus pallidis, pseudoperidiis in circulos concentricos digestis, sporidiis ſuscescentibus.

Aecidium Apocyni. *Schw. fung. car. p.* 42.

Habitat in foliis Apocyni cannabini in montibus Carolinae superioris (*Schweinitz.*)

Diagn. Maculae tenues. Peridia clausa e luteo badia vel fuscescentia aperta, margine lacero pallido. Sporidia simplicia albida (*Schw.*)

136. CAEOMA *Cressatum.*

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis per totam superficiem sparsis, primo dentatis tum integerrimis hypogenis, sporidiis flavis tum fuscis.

Aecidium Cressae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 89.

Habitat in foliis Cressae creticae in Gallia australi. (*De Cand.*)

Diagn. Pseudoperidia secundum Candollium initio dentibus exquisitis, qui dein pereunt et breve atque integerrimum pseudoperidium relinquunt. Copiosa sunt (*De Cand.*)

137. CAEOMA *Convolvulatum.*

C. sporidochiis spuriis bullatis supra impressis albis, pseudoperidiis flexuosis majoribus elevatis rima ruptis, sporidiis cinereo-rutilis.

Aecidium Ipomoeae pandoranae. *Schw. fung. car. p.* 43.

Habitat in foliis Ipomoeae pandoranae frequens in Carolina superiori (*Schweinitz.*)

Diagn. Peridia crassa laxa epidermide majora fere quam in omni Aecidio, exceptis cornuto et cancellato. Sporidia minora oblonga (*Schw.*) *An huius subgeneris?*

138. CAEOMA *Tragopogonatum*.

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis sparsis epicaulis et hypogenis laceratis superne ampliatis, sporidiis aurantiis demum nigris.

Aecidium Tragopogonis. *Pers. syn. p.* 211. *Schumach. saell.* 2. *p.* 225. *Sowerb. fung. t.* 397. *f.* 2.

Aecidium Cichoracearum. *De Cand.* 2. *p.* 239.

Hab. in Scorzoneris et Tragopogonibus Europae. (*Pers. De Cand.*)

Diagn. Pseudoperidiis majoribus sparsis, dein sporidiorum colore a reliquis speciebus in Compositis *nascentibus, distinguitur* (*De Cand.*)

139. CAEOMA *Compositatum*.

C. maculis purpurascentibus subrotundis et confluentibus saltem oppositis, pseudoperidiis orbiculatim et subcircinnatim congestis hypogenis, sporidiis aurantiis.

Aecidium Compositarum. *Mart. erl. p.* 314.

Aecidium Taraxaci, *Schmidt et Kunze exs. n.* 85.

Aecidium Prenanthis. *Pers. syn. p.* 208. *Albert. et Schwein. nisk. p.* 116. *De Cand. fr.* 2. *p.* 244. *Rebent. neom. p.* 351.

Aecidium Tussilaginis. *Pers. syn. p.* 209. *De Cand. fr.* 2. *p.* 241. *Schumach. saell.* 2. *p.* 225. *Schmidt et Kunze exs. n.* 111.

Lycoperdon epiphyllum. *Lin. sp. p.* 1655.

Lycoperdon hypophyllum. *Ehrh. Beytr. z. Naturk.* 3. *p.* 122.

Hab. in variis Compositarum speciebus in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Omnes hae formae conveniunt macula purpurea suborbiculari, quae tantum in Tussilaginum foliis tomentosis parum videtur in opposita vero pagina luculenter adest. Pseudoperidia inter situm circinnatum et irregulariter aggregatum medium tenent. Sporidia aurantia.

Not. An Aec. Hieracii Schumach. saell. 2. *p.* 225. *h. l.?*

CAEOMA *rubellatum*.

Aecidium rubellum Serratulae. *Alb. et Schw. Kunze et Schmidt.*

Aecidium rubellum Centaureae. *De Cand. V. i.*

140. CAEOMA *Cirsiatum.*

C. maculis rufis, pseudoperidiis concentricis circulis confertis centro vix libero, sporidiis albicantibus demum fuscis.

Aecidium Cirsii. *De Cand. fr.* 6. *p.* 94.

Habitat in Cirsio oleraceo Helvetiae (*Chaillet.*)

Diagn. Acervi pseudoperidiorum plerumque hypogeni, interdum quoque in pagina superiore et quidem in nervo primario. Distinguitur a praecedentibus inprimis colore sporidiorum (*De Cand.*)

141. CAEOMA *Cyanatum.*

C. maculis flavis, pseudoperidiis sparsis aggregatisque superficiem saepe occupantibus, hypogenis, sporidiis albo-flavescentibus rufescentibus.

Aecidium Cyani. *De Cand. fr.* 6. *p.* 90.

Habitat in foliis Centaureae Cyani in Helvetia (*Chaillet.*)

Diagn. Pseudoperidia initio clausa forma tuberculorum, tunc poro centrali aperta, limbus laceratus reflectitur, tandem laciniae oblitterantur et pseudoperidium subintegerrimum remanet (*De Cand.*). (*Num dentes a sporidiis effusis oriuntur?*)

142. CAEOMA *Leucanthematum.*

C. maculis fuscis, pseudoperidiis amphigenis epigenis paucis, omnibus aggregatis, sporidiis flavis demum fuscis.

Aecidium Leucanthemi. *De Cand. fr.* 6. *p.* 94.

Habitat in foliis Chrysanthemi Leucanthemi Helvetiae. (*De Cand.*)

Diagn. Affine Aecidio Barbareato, differt, sporidiis minus aggregatis minus copiosis praesertim in pagina superiore, sporidiis pallidioribus demum obscurius fuscis. (*De Cand.*)

143. CAEOMA *Asteratum.*

C. maculis pallide purpurascentibus, pseudoperidiis aggregatis immersis, sporidiis albis.

Aecidium Asterum. *Schw. fung. car. p.* 41.

Habitat in foliis et caulibus Asterum glabrifoliorum Carolinae superioris. (*Schweinitz.*)

Diagn. Effusum confluens tenuissime pallide purpurascens, peridiis aggregatis immersis, pulvere albo dicitur. Addit Editor sporidia majuscula vesiculosa globosa aut oblonga simplicia.

Huc referendae videntur species sequentes.

Aecidium Verbesinae. *Schw. fung. car. p.* 42. *Ovale crassiusculum minus rubroflavescens, peridiis paucis prominulis albidis. Frequens in Verbesina, Siegesbeckia et aliis. Maculae quadrilineares. Sporidia simplicia minutissima pallida. Margo peridiorum integer* (*Schw.*) *An varietas C. Asterati?* Nonnisi *magnitudine sporidiorum differre videtur.*

Aecidium Solidaginis. *ibd. p.* 42. *Effusum majus peridiis sparsis minutis. Frequens in caulibus Solidaginum ante florescentium. Simile priori.* (*Schw.*)

Aecidium Helianthi mollis. *ibd. p.* 42. *Oblongum crassum albicans, peridiis congestis pallidis, sporidiis oblongis. Frequens in aversa pagina foliorum Helianthi mollis; pilosum. Sporidia sub microscopio luteo-fusca vesiculosa, effoeta pellucida alba.*

144. CAEOMA *Galiatum.*

C. maculis lutescenti fuscis, pseudoperidiis in acervos parvos subrotundos digestis hypogenis, sporidiis pallidis.

C. Galii. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 115.

Aecidium Galii. *Pers. syn. p.* 207. *Albert. Schweinisk. p.* 116.

Habitat in foliis Galii veri in Germania. (*v. s.*)

145. CAEOMA *Periclymenatum.*

C. maculis ex lutescenti et fuscescenti variis, subiculo crassiusculo, pseudoperidiis in acervos subrotundos aut effusos digestis hypogenis, sporidiis aurantiis.

C. Lonicerae. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 115.

Aecidium Periclymeni. *De Cand. fr.* 2. 597. 240. (*Xylostei.*)

Habitat in foliis Lonicerae Periclymeni Germaniae. (*Schlecht.*) (*v. s.*)

Diagn. Colore sporidiorum a sequente distinguitur.

146. CAEOMA *Xylosteatum.*

C. maculis albis, pseudoperidiis in acervos suborbiculares digestis albissimis hypogenis, sporidiis fuscescentibus.

Aecidium Periclymeni. *Schumach. saell.* 2. *p.* 225. *Kunze et Schmidt exs. n.* 185.

Habitat in foliis Lonicerarum Europae. (*v. v.*)

Diagn. Affine praecedenti, at colore sporidiorum utique differt.

Not. Aecidium Corni Sowerb. fung. t. 397. *f.* 3. *hujus videtur loci.*

Aecidium Sambuci Schw. fung. car. p. 41. *huc referendum. At peridia sparsa vocantur quamvis ad composita referatur, peridia aurantia et pulvis pallidus, cum peridii color semper pallidior sit.*

147. CAEOMA *Falcariatum.*

C. maculis oblitteratis, pseudoperidiis solitariis sparsis totam superficiem occupantibus amphigenis albicantibus, sporidiis concoloribus.

Aecidium Sii Falcariae. *Pers. syn. p.* 202.

Aecidium Falcariae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 91. *Schm. et Kunze exs. n.* 186. (*Bupleuri longifolii.*)

Habitat in foliis Sii Falcariae nec non aliarum Umbelliferarum foliis simplicibus minusque dissectis Europae. (*v. v.*)

Diagn. Verruculas initio sistit parvas flavo-ferrugineas, tunc membranula alba clausa bullata erumpit, demum elevata et aperta.

Not. An Aecidium Aegopodii Rebent. neom. p. 353 *hujus loci? Orificium laterale nec terminale casu videtur exortum.*

148. CAEOMA *Buniatum.*

C. maculis oblitteratis, subiculo incrassato, pseu-

doperidiis in acervos irregulares digestis subrotundis aut ovalibus, sporidiis aurantiis.

Aecidium Bunii. *De Cand. fr.* 6. *p.* 96.

Habitat in variis Umbelliferarum speciebus in Europa australi. (*De Cand.*)

149. CAEOMA *Vitalbatum.*

C. maculis orbicularibus fuscescentibus, pseudoperidiis in acervos subcircinnatim digestis saepe interruptos hypogenis et epimischis, sporidiis flavicantibus.

Aecidium Clemattidis. *De Cand. fr.* 2. *p.* 243.

Habitat in foliis, pedunculis, floribus, fructibusque Clematis Vitalbae (De Cand.) Cl. Viticellae. (Hornschuch) Europae australis. (*v. s.*)

Diagn. Maculae in superiore pagina foliorum praesertim conspicuae fuscae, saepe margine pallido cinctae. Pseudoperidia aut centrum liberum relinquunt aut latus unum alterumve; interiora aperta sunt, dum exteriores adhuc clausa et extima vix erupta. Petioli, quibus impositum est, incrassantur.

Not. Dubia species: Aecidium Clematis Schw. fung. car. p. 42 pallide rubrum peridiis congestis paucis. In foliis junioribus Clematis virginianae Bethaniae. An species genuina?

150. CAEOMA *Ranunculaceatum.*

C. maculis oblitteratis oppositis flavis, subiculo crasso, pseudoperidiis in acervos irregulares dense digestos, sporidiis aurantiis.

Aecidium Ranunculacearum. *De Cand. fr.* 6. *p.* 97.

Aecidium Ranunculi acris. *Pers. syn. p.* 210. *Alb. Schwein. nisk. p.* 119.

Aecidium Ranunculi. *Sowerb. fung. t.* 397. *f.* 4. *Rebent. neom. p.* 352.

Aecidium crassum Ficariae. *Pers. syn. p.* 208. *Alb. Schw. nisk. p.* 117. *Nees fung. p.* 13. *t.* 1. *f.* 2.

Aecidium confertum α. *De Cand. fr.* 2. *p.* 245. (*Ficariae.*)

Aecidium unilaterale. *De Cand. fr.* 2. *p.* 246. (*Anemones narcissiflorae.*)

Aecidium bifrons. *Dec. fr.* 2. *p.* 246. (*Aconiti.*)

Aecidium Aquilegiae. *Pers. ic. pict. t.* 23. *f.* 4.

Aecidium Ranunculacearum *θ.* *De Cand. fr.* 6. *p.* 97.

Aecidium Ranunculi. *Schumach. saelland.* 2. *p.* 223. (*sporidiis ferrugineis.*)

Aecidium Ficarii. *Schum. saell.* 2. *p.* 223. (*sporidiis aurantiis.*)

Habitat in variis Ranunculacearum speciebus in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Subiculo crasso et cupulis maxime confertis distinguitur. Pseudoperidia immersa in Aecidio bifronte Aconiti (De Cand.) *in reliquis sat emersa. Color flavus tum fuscus indicatur in Aecidio conferto Ficariae Cand., flavescens in Aecidio Ranunculi acris Pers. Conjungo hasce varietates Candollium secutus, ipse enim nullas differentias observavi. An duae species, altera sporidiis fuscis, altera aurantiis?*

151. CAEOMA *leucospermum.*

C. maculis flavescentibus, pseudoperidiis sparsis totam paginam inferiorem saepe occupantibus amphigenis, sporidiis ovoideis albis.

Aecidium leucospermum. *De Cand. fr.* 2. *p.* 239., 6. *p.* 90.

P. maculis oblitteratis albisve, acervis subrotundis parvis, epidermide rupta cinctis subconvexis plerumque hypogenis, sporidiis fuscis, pedicellis brevibus.

Puccinia Compositarum. *Schlecht. ber.* 2. *p.* 133.

Uredo Hysterium. *Strauss Wetter. Annal.* 2. *p.* 102. (Tragopogonis.)

Puccinia Podospermi. *De Cand. fr.* 2. *p.* 595.

Uredo maculosa. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 101. (Prenanthis) maculis albis.

Puccinia Hieracii. *Mart. mosq. p.* 226.

Uredo punctiformis. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 103. (Serratulae tinctoriae.)

Puccinia Centaureae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 59.

Puccinia Calcitrapae. *De Cand. fr.* 2. *p.* 221.

Dicaeoma Caulincola. *Nees fung. p.* 19. *t.* 1. *f.* 13. (Calcitrapae.)

Puccinia Echinopis. *De Cand. fr.* 6. *p.* 57.

Habitat in Compositarum variarum foliis et caule in Europa; *in* Aegypto (*Ehrenb.*) (*v. v.*)

Diagn. Acervi parvi frequentes plerumque in foliis, rarius in caulibus aliisque partibus degentes fusci.

20. PUCCINIA *Discoidearum.*

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis epidermide rupta cinctis planiusculis, sporidiis fuscis, pedicellis longioribus.

Puccinia Tanaceti. *De Cand.* 2. *p.* 222.

Uredo Tanaceti. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 106.

Uredo Balsamitae. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 106.

Puccinia Artemisiarum. *Schmidt et Kunze exs. n.* 93.

Puccinia Absinthi. *De Cand. fr.* 6. *p.* 58.

Habitat in variis Tanaceti, Balsamitae et Artemisiae speciebus in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Acervi majores ac in praecedente non ita frequentes, pedicellis sporidiorum longioribus.

Not. Duas species huic affines referam P. Heliopsidis Schw. fung. car. p. 46. *Majuscula irregularis aggregata epidermide cincta spadicea, sporidiis ovalibus elongatis longe pedicellatis bilocularibus. Frequens in exsiccatis foliis Heliopsidis etiam Vernoniae. Loculi sporidii aequales, septo exacte in medio sporidio sito.*

P. Helianthi ibd. p. 47. *Minor orbicularis aggregata nigra, sporidiis globoso-ovalibus bilocularibus longissime pedicellatis. In plurimis Helianthis vulgaris. Sporidia fusco-lutea, pedicello albo pellucido.*

21. PUCCINIA *Syngenesarum.*

P. maculis oblitteratis, acervulis minutis epidermide bullata tectis, tum planiusculis compositis in acervum magnum subrotundum, sporidiis fuscis, pedicellis brevissimis.

Puccinia conglomerata. *Schmidt et Kunze exsicc. n.* 191.

Uredo conglomerata. *Strauss. Wett. Ann.* 2. *p.* 100.

Habitat in foliis Tussilaginis alpinae (*Kunze*) *in foliis Centaurearum alpinarum* (*Ehrenb.*) *in* Germania. (*v. s.*)

Diagn. A praecedentibus compositione acervulorum in acervum majorem distinguitur. Acervi minores epidermidem bullatam ruptam per tempus sat longam retinent.

Not. An hujus loci P. Verbesinae Schw. fung. car. p. 47? *Punctiformis dicitur sparsa fusco-nigra, sporidiis ovatis bilocularibus fuscis, pedicello brevi. In foliis vigentibus, Verbesinae, Siegerbeckiae (Richweed). Sporidia apice angustiora quam basi, bilocularia, loculis aequalibus. Epidermide non cingitur.*

22. PUCCINIA *expansa.*

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis magnis linearibusque nervisequis planiusculis hypogenis, epidermide citissime evanescente, pedicellis brevibus.

Habitat in Cacaliis alpinis Austriae. (*Ehrenb.*) (*v. s.*)

Diagn. Facillime a praecedenti dignoscitur acervis magnis ex acervulis haud compositis. Sporidia foliorum superficiei instrata videntur, nulla epidermide tecta.

23. PUCCINIA *Xanthii.*

P. macula orbiculari pallida subtus fusco brunnea pallide marginata, acervis e vesiculis disruptis emergentibus, sporidiis fuscis, pedicellis longis.

P. Xanthii. *Schw. fung. car. p.* 47.

Habitat in aversa pagina foliorum Xanthii strumarii, locis arenosis in Carolina superiore. (*Schweinitz.*)

Not. Singulari proveniendi modo a reliquis differre videtur.

PUCCINIA *bullata.*

Habitat in Ambrosia Carolinae superioris.

Puccinia bullata Chenopodii. *Schw. nr.* 6.

24. PUCCINIA *Succisae.*

P. maculis pallidis, acervulis minutis semiglobosis, reticulatim compositis in acervos subrotundos amphigenos, sporidiis fuscis, pedicellis brevissimis.

P. Succisae. *Kunze mykol. Hefte* 1. *p.* 72.

Habitat in foliis Scabiosae prope Moscoviam. (*Goldbach.*)

25. PUCCINIA *Valantiae.*

P. maculis oblitteratis, acervis parvis subrotundis convexis sparsis confertisque, sporidiis conglobatis dilute fuscis, pedicellis brevibus.

P. Valantiae. *Pers. syn. p.* 107. *Alb. Schw. nisk.* 2. *p.* 132. *Schmidt et Kunze exs. n.* 147.

P. punctata. *Link Obs. II. p.* 30.

Uredo punctata. *Strauss Wett. Ann.* 2. *p.* 104.

Habitat in foliis Valantiae Cruciatae in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Dignoscitur acervis subglobosis dilute fuscis, in quibus epidermis mox evanescit. Sporidia ita conglobata, ut nudis oculis vix conspiciantur.

Not. An hujus loci P. Galii Schw. fung. car. p. 47? erumpens globoso-ovata nigro-fusca, sporangiis clavatis bilocularibus breviter pedicellatis. In foliis Galii purpurei vigentibus, sed perfectior in emortuis tum lineam longa. Tuberculosa assurgit cum epidermide qua cingitur. Sporidia colore P. graminis paullo obscuriora.

26. PUCCINIA *Galiorum.*

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis, epidermide rupta bullata semitectis et cinctis planiusculis sparsis hypogenis, sporidiis fuscis.

P. punctata. *Link Obs. II. p.* 80.

Habitat in foliis variis Galiorum in Germania. *Lect. in Silesia.* (*Lk.*) (*v. v.*)

Diagn. A praecedentibus dignoscitur acervis initio epidermide bullata tectis, cujus residua diu persistunt. Pedicelli brevissimi saepe nulli.

27. PUCCINIA *difformis.*

P. macula flavescente, acervulis difformibus confertis plerumque annulatim positis hypogenis epidermide bullata sporidiis fuscis.

P. difformis. *Kunze Mykol. Hefte* 1. *p.* 71.

Habitat in foliis Galii Aparinis aliarumque specierum in Germania. (*v. s.*)

Diagn. Plerumque Aecidia cingit, situ annulari distinctum. Pedicelli breves. Sporidia obovata obtusa articulo superiore opaco, an semper?

28. PUCCINIA *Eryngii.*

P. maculis oblitteratis, acervis amphigenis interstitia nervorum impressa replentibus epidermide bullata initio tectis, tum planiusculis, sporidiis fuscis.

P. Eryngii. *De Cand. fr.* 6. *p.* 58.

Habitat in Eryngio campestri Galliae australis (*De Cand.*) *in Eryngio campestri prope Bis el Kres* Aegypti (*Ehrenberg.*) (*v. s.*)

Diagn. Folia superiora spinosa tota saepe obtegit in areis depressis inter nervos eminentes nidulans.

28. PUCCINIA *Umbelliferarum.*

P. maculis oblitteratis, acervis parvis subrotundis sparsis planiusculis amphigenis et epimischis epidermide rupta cinctis, sporidiis fuscis brevi pedicellatis.

P. Umbelliferarum. *De Cand. fr.* 6. *p.* 58.

Habitat in variis Umbelliferarum speciebus foliis minutis dissectis.

29. PUCCINIA *Aegopodii.*

P. maculis fuscescentibus, acervulis minutis subrotundis elongatisque epidermide rupta cinctis in acervos subrotundos saepe circinatim digestis hypogenis, sporidiis fuscis, pedicello brevissimo.

Uredo Aegopodii. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 101. *Schmidt et Kunze exs. n.* 116.

Habitat in foliis Aegopodii Podagrariae in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Acervos format in nervis oblongis aut ellipticis, in interstitiis subrotundis nec non ejusmodi in petiolis. Saepe pauci acervuli compositi sunt, saepe plures. Epidermidis rudimenta diu persistunt.

30. PUCCINIA *Aethusae.*

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis elongatisque convexis hypogenis et epimischis, sporidiis initio ferrugineis, tandem fusco-spadiceis nitidis, pedicello brevi.

Uredo nitida. *Strauss Wett. Ann.* 2. *p.* 100.

Hab. in foliis Aethusae Cynapii in Germania. (*Strauss.*)

31. PUCCINIA *Pimpinellae.*

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis sparsis

amphigenis, sporidiis cinnamomeis difformibus ovatis obovatisque brevi pedicellatis.

Uredo Pimpinellae. *Strauss Wett. Ann.* 2. *p.* 102.

Habitat in foliis Pimpinellae Saxifragae Germaniae. (*Strauss.*)

32. PUCCINIA *Bullaria*.

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis oblongisque epicaulis epidermide bullata semper tectis, sporidiis fuscis, pedicellis nullis.

Uredo bullata. *Pers. syn. p.* 222. *Obs. myc.* 1. *p.* 98. *t.* 2. *f.* 5.

Bullaria Umbelliferarum. *De Cand. fr.* 2. *p.* 226.

Stilbospora bullata. *Link Obs II. p.* 30.

Habitat in caulibus Umbelliferarum siccis in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Facile distinguenda a reliquis eo quod in caulibus siccis nec vegetis proveniat, et quod semper sub epidermide lateat. Pedicelli plane nulli. Sporidia ad septum valde constricta. An cum Candollio a reliquis separandum genus.

33. PUCCINIA *Anemones*.

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis planiusculis epidermide rupta cinctis sparsis aggregatis et confluentibus elevatis, sporidiis fuscis, pedicellis vix ullis.

P. Anemones. *Pers. syn. p.* 226. *Alb. et Schweinisk. p.* 131. *De Cand. fr.* 2. *p.* 222. *Schmidt et Kunze exs. n.* 68.

P. vesiculosa. *Hor. ber. p.* 97.

Uredo quincunx. *Strauss Wett. Ann.* 2. *p.* 99.

Aecidium fuscum. *Sowerb. fung. t.* 43.

Habitat in variis Anemonarum speciebus in Europa et Unalaschka. (*Chamiss.*)

Diagn. Paginam inferiorem foliorum plane obtegit acervis mediae magnitudinis, saepe in series digestis, saepe sparsis hinc inde aggregatis confluentibus. Epidermidis ruptae rudimenta angusta hinc annularia. Sporidia obscure fusca medio constricta.

Not. Puccinia Anemones virginianae Schw. fung. car. p. 46. sic describitur: Punctiformis sparsa badia, sporidiis clavatis in pedicellum brevem attenuatis bilocularibus. Sporidia sub lente lutescenti alba, in pedicellum confluunt, ut hujus initium non possit distingui.

34. PUCCINIA *Calthae*.

P. maculis fuscescentibus, acervis parvis subrotundis convexis, epidermide rupta cinctis sparsis aut circinnatim digestis, sporidiis fuscis.

Habitat in foliis Calthae palustris in Germania. *Lect. Vratislaviae* (*Lk.*) (*v. v.*)

Diagn. Acervi in pagina inferiore sparsi plures tum in orbem digesti, acervo centrali, in pagina superiore sparsi sunt nec in orbem positi, rariores. Epidermis bullata, antequam rumpitur, tum rudimenta acervum cingunt. Ped. breves.

35. PUCCINIA *aculeata*.

P. maculis lutescentibus, acervis subconcentrice digestis, sporidiis oblongis aculeatis.

P. Podophylli. *Schw. fung. car. p.* 46.

Habitat passim in foliis Podophylli in Carolina superiore. (*Schweinitz.*)

Diagn. Sporidia ovalia sub lente lutescentia, aculeis prominulis rectis. Pedicelli non distincti brevissimi.

Not. Singularis planta, cujus uberiorem exspectamus descriptionem.

36. PUCCINIA *Podophylli*.

P. sporidochio spurio crassissimo, acervis orbicularibus maximis demum effusis, sporidiis subelevatis flavo-aureis.

Aecidium Podophylli. *Schw. fung. car. p.* 40.

Habitat in foliis et caulibus Podophylli quae ingenti saepe clade late longeque regit, in Carolina superiore. (*Schweinitz.*)

Not. Cum sporidia bilocularia dicantur hujus certe loci est.

37. PUCCINIA *Acerum.*

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis hypogenis epidermide bullata nitente medio rupta et persistente tectis hypogenis sparsis, sporidiis fuscis.

Puccinia bullata. *Link Obs. II. p.* 29.

Habitat in foliis Aceris Pseudo-Platani, dasycarpi aliorumque in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Facile dignoscitur epidermide nitente, cujus rudimenta sat magna semper persistunt; folium opacum semper est. Acervi 1 — 2 *lin. diametro habent.*

38. PUCCINIA *Violarum.*

P. maculis lutescentibus acervis parvis sparsis confertis, epidermide bullata tectis tum cinctis, plerumque hypogenis, sporidiis fuscis, pedicellis brevissimis.

P. Violae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 62. *Schmidt et Kunze exs. n.* 172.

Habitat in variis Violae speciebus in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Acervos parvos sistit at copiosos saepe et aggregatos nec tamen circinnatim digestos, rarius confluentes. Plerumque hypogeni sunt, vidi tamen et amphigenos, praesertim si frequentes fuerint.

39. PUCCINIA *Lychnidearum.*

P. maculis lutescentibus, acervis subrotundis et oblongis convexis inaequalibus sparsis et circinnatim dispositis rarius confluentibus hypogenis et epicaulis, sporidiis albis tandem fuscis.

P. Lychnidearum. *Link. Obs. II. p.* 29. *De Cand. fr.* 6. *p.* 57.

Dicaeoma verrucosum. *Nees fung. p.* 16.

Aecidium Lychnidearum. *Schultz starg. p.* 452.

Uredo verrucosa. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 107.

Puccinia Dianthi. *De Cand. fr.* 2. *p.* 220. *Schmidt et Kunze exs. n.* 42.

Puccinia Spergulae. *De Cand. fr.* 2. *p.* 220.

Puccinia crassa. *Link Obs. II. p.* 30. (Stellariae Holostei.)

Puccinia Frankeniae. *Link. II. p.* 30.

Puccinia Saginae. *Schmidt et Kunze exs. n.* 221.

Habitat in foliis Lychnidearum quae foliis latioribus gaudent, in caulibus earum, quae foliis linearibus proeditae sunt, in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Variabilis plantula forma et dispositione, acervis in eadem stirpe variis, differt a reliquis elevatione acervi, qui pulvinum fere format, epidermide in latere plane evanescente. In caulibus acervi magis elongati, in foliis minus sed magis in orbem dispositi. Pedicelli longi. Sporidiorum articulus superior longior est ac in reliquis et interdum tertius additur, monente quoque Candollio.

40. PUCCINIA *Saxifragarum.*

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis sparsis, confertis et confluentibus planiusculis, junioribus epidermide cinctis amphigenis, sporidiis rufo-fuscis, pedicellis brevissimis saepe nullis.

P. Saxifragarum, *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 134.

P. Adoxae. *De Cand. fr.* 2. *p.* 220. *Schmidt et Kunze exs. n.* 172.

Habitat in Saxifragis variis et Adoxa Moschatellina in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Acervi saepe magni ex acervis confluentibus exorti plani, epidermidiis reliquis mox evanescentibus. P. Adoxae non differt nisi quod petioli praesertim et secundum totam longitudinem tecti sint.

41. PUCCINIA *Ribis.*

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis planis sparsis epidermide rupta cinctis epigenis, sporidiis fuscis, pedicellis brevissimis.

P. Ribis. *De Cand. fr.* 2. *p.* 221.

Habitat in Ribis rubri foliis in Europa. (*De Cand.*)

Diagn. Situ epigeno a reliquis praesertim differre videtur.

42. PUCCINIA *Epilobii.*

P. maculis pallidis, acervis subrotundis confertis si-

bique appressis hypogenis, epidermide mox evanescente, sporidiis effusis, pedicellis brevissimis.

P. Epilobii. *De Cand. fr.* 2. *p.* 221.

Habitat in foliis Epilobii origanifolii in Gallia. (*De Cand.*)

Diagn. Acervi copiosi mox epidermide rupta aperti, sporidiis cinnamomeis. Partes hac Puccinia obsitae crassiores evadunt et albicantes.

43. PUCCINIA *Circaeae.*

P. maculis oblitteratis, acervulis minutis semiglobosis in acervos subrotundos congestis et hinc inde confluentibus majoresque acervulos formantibus fere semper tectis, epidermide rescissa, sporidiis fuscis, pedicellis longis.

P. Circaeae. *Pers. syn. p.* 228. *De Cand. fr.* 2. *p.* 210. *Schmidt et Kunze exs. n.* 20.

Hab. in Circaea alpina et lutetiana in Europa. (*v. v.*)

44. PUCCINIA *Prunorum.*

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis planis sparsis hypogenis, epidermide oblitterata, sporidiis fuscis, pedicellis brevissimis.

Puccinia Pruni spinosae. *Pers. syn. p.* 226. *De Cand. fr.* 2. *p.* 222. *Schmidt et Kunze exs. n.* 91.

Habitat in foliis Pruni spinosae et domesticae in Europa. (*v. s.*)

Diagn. Acervi totam paginam inferiorem aut hujus partem obtegunt sibi approximati, nudi epidermidi ut videtur incumbentes aut inspersi, quo charactere praesertim distinguitur.

45. PUCCINIA *Fabae.*

P. maculis nullis, acervis subrotundis hypogenis aut elongatis epicaulis, epidermide rupta cinctis subconvexis, sporidiis nigricantibus.

P. Polygoni avicularis β Fabae. *Alb. Schwein. nisk. p.* 132.

Habitat in foliis Viciae Fabae in Europa.; *in Trifolio resupinato* Aegypti. (*Ehrenb.*) (*v. v.*)

Diagn. *Forma Pucciniae Vaginalium cum qua conjungunt Albertini et Schweinitz, at sporidia nigricantia nec fusca ut in P. Vaginalium (in Puccinia Polygonorum non minus nigricantia sunt) majora.*

Not. Ab hac vix diversa videtur: P. Lespedezae polystachyae Schw. fung. car. p. 47. minor punctiformis epidermide cincta nigra splendens, sporidiis oblongis utrinque attenuatis bilocularibus. Frequens in pagina inferiore foliorum, epidermide cincta. Sporidia magis elongata (ac in P. Lespedezae procumbenti) et in pedicellum attenuata, septo vix conspicuo cujus umbra mox pone apicem sporidii, mox inferius apparet. Color sporidiorum sub lente luteus. Magis differt.

P. Lespedezae procumbentis ibd. minor subpunctiformis sparsa fuscescens erumpens, sporidiis oblongis bilocularibus. Passim ad folia Lespedezae procumbentis. Epidermidem paginae inferioris folii in bullas elevat, post rupturam albas pellucidas. Sporidii septum exacte in medio sporidio situm et pedicellus albidus longior a sporidio distinctus est.

46. PUCCINIA *Buxi.*

P. maculis nullis, acervis subrotundis convexis sparsis amphigenis, sporidiis fuscis longe pedicellatis.

P. Buxi. *De Cand.* 6. *fr.* 60.

Habitat in foliis Buxi in Gallia. (*v. s.*)

Diagn. *Acervis solitariis valde elevatis quasi pulvinatis obscure fuscis distinguitur.*

47. PUCCINIA *Salicum.*

P. maculis oblitteratis, acervis subrotundis planiusculis et nervisequis elongatis convexis hypogenis, sporidiis fuscis circa acervos effusis, pedicellis brevibus saepe nullis.

Habitat in foliis Salicis Capraeae prope Vindobonam. (*Portenschlag*, *Ehrenb.*) (*v. s.*)

Diagn. *Dignoscitur varia forma plana, convexa, subrotunda, extensa; sporidiis coacervatis, sparsis, effusis.*

3. TRIPHRAGMIUM.

Sporidia subglobosa septo transversali et longitudinali in loculamenta tria divisa pedicellata, sub epidermide plantarum vivarum erumpentia.

1. TRIPHRAGMIUM *Ulmariae.*

T. maculis oblitteratis, acervis primo subrotundis epidermide tectis, mox epidermide evanescente effusis hypogenis, sporidiis fuscis brevi pedicellatis.

Puccinia Ulmariae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 56. *Schmidt et Kunze exs. n.* 220.

Habitat in foliis Ulmariae Europae *non infrequens.* (*v. v.*)

Diagn. Habitum Pucciniarum nec Phragmidiorum prae se fert sub epidermide enim enascitur, sporidiis pedicellatis quidem sed minime horum ope plantae innatis. Sporidia majora ut in Pucciniis e tribus loculis veluti composita, loculis variae magnitudinis.

4. PHRAGMIDIUM.

Sporidia cylindrica tri- et pluries septata pedicellata, ex epidermide plantarum viventium erumpentia

Not. A praecedente genere differt sporidiis cylindricis vere septatis, nec articulo uno alteri quasi imposito. Sporidia nigra apparent sub microscopio fusca, pedicellus albus. Acervatim crescit, ut praecedentia at non erumpit ex epidermide, sed ipsi innascitur nec raro Caeomatum acervis.

1. PHRAGMIDIUM *obtusum.*

Phr. sporidiis obtusis, pedicellis aequatis.

Phr. obtusum. *Schmidt et Kunze exs. n.* 120.

Aregma obtusata. *Fries obs.* 1. *p.* 225.

Puccinia Potentillae. *Pers syn. p.* 229. *Alb. Schw. nisk. p.* 381. *De Cand. fr.* 6. *p.* 54.

Puccinia Fragariatri. *De Cand. fr.* 6. *p.* 55.

Habitat in foliis Potentillarum, specierumque adfinium in Europa. (*v. v.*)

Not. Phragmidium quod in Fragaria vidi nullo charactere a Phragmidio Potentillarum differt.

2. PHRAGMIDIUM *intermedium.*

P. sporidiis apiculatis, pedicellis aequatis.

Aregma intermedia. *Fries in litt.*

Puccinia Sanguisorbae. *De Cand. fr.* 6. *p.* 54.

Puccinia Ulmi. *De Cand. fr.* 2. *p.* 219?

Habitat in foliis Sanguisorbae, Ulmariae, aliarumque plantarum adfinium in Europa. (*v. v.*)

3. PHRAGMIDIUM *incrassatum.*

Phr. sporidiis apiculatis, pedicellis basi incrassatis.

Var. 1. *Mucronatum*, pedicellis sensim incrassatis.

Aregma mucronatum. *Fries obs.* 1. *p.* 225.

Aregma acuminatum. *Fries obs.* 1. *p.* 226? (*in Rubo saxatili.*)

Puccinia mucronata. *Nees fung. p.* 14. *t.* 1. *f.* 14.

Puccinia mucronata *α*. *Pers. syn. p.* 230. *Albert. Schwein. nisk. p.* 382.

Puccinia Rosae. *Schumach. saell.* 2. *p.* 235.

Uredo mucronata. *Strauss Wett. Ann.* 2. *p.* 108.

Puccinia Rubi idaei. *De Cand. fr.* 6. *p.* 54.

Ascophora disciflora *β* byssina. *Tod. meckl.* 1. *p.* 16. *t.* 3. *f.* 27?

Habitat in Rosis frequens in Europa. (*v. v.*)

Var. 2. *Bulbosum*, pedicellis subito incrassatis.

Phr. bulbosum. *Schmidt et Kunze exs. n.* 94.

Aregma bulbosum. *Fries obs.* 1. *p.* 226.

Puccinia mucronata *β*. *Pers. syn. p.* 230. *Albert. Schw. nisk. p.* 302. *Rebent. neom. p.* 357.

Puccinia Rubi. *Schumach. saell.* 2. *p.* 235.

Uredo bulbosa. *Strauss Wetter. Ann.* 2. *p.* 108.

Habitat frequens in foliis Rubi fruticosi et corylifolii aliorumque adfinium in Europa. (*v. v.*)

Not. Omnes Phragmidii species parum differunt inter se et forte varietates sunt; pedicellus enim plus minus incrassatur.

5. SPORISORIUM.

Sporidia non septata non pedicellata in acervos congesta, floccis septatis acervo immixtis, sub epidermide plantarum viventium erumpentia.

Not. Ambigit planta inter Hyphomycetes et Gymnomycetes. Cum vero flocci paucissimi sint, sporidia copiosissima et modus crescendi ut in Caeomatibus, crediderim sporidia prius esse exorta et floccos accessorios.

1. SPORISORIUM *Sorghi.*

Sp. acervis ovalibus, sporidiis globosis nigris germinum.

Sporisorium. *Ehrenb. in litteris.*

Habitat intra germina Sorghi in Aegypto. (*Ehrenb.*) (*v. s.*)

Diagn. Substantia farinosa germinum Sorghi vulgaris primum rimis variis separatur ita ut semina hient. Tum sporidia oriuntur, usque dum tota compages interior germinis in sporidia dilapsa sit. Excrescunt quoque glumae in apicibus ramulorum paniculae, sporidia et partes floris mutilas continentes. Sub microscopio composito acervi compacti conspiciuntur, aqua adfusa non diffluentes, e quibus flocci simplices aut semel ramosi exeunt tenues septati, pauci tantum e singulo acervo. Sporidia compressis acervis in conspectum prodeunt exacte globosa sat magna, minora majoribus intermixta.

6. SPILOCAEA.

Sporidia seriatim aggregata simplicia (non didyma) non adnata sub epidermide plantarum erumpentia.

1. SPILOCAEA *Pomi.*

Sp. acervis subrotundis, epidermide squamatim rupta, sporidiis minutis olivaceis.

Spilocaea Pomi. *Fries Novit. Fl. suec. Cont.* 5. *p.* 79.

Habitat in pomis sylvestribus Sueciae. (*Fries.*) (*v. v.*)

Diagn. Maculas format parum a rotunda forma ab-

errantes, 4 —5 lin. diametro, medio parum elevatas, epidermide nitente varie rupta. Sporidia minuta compacta sub microscopio composito seriatim apposita et conglutinata. Character ex sicco. Misit amicissimus Fries.

2. SPILOCAEA *Scirpi.*

Sp. acervis oblongis effusis, epidermide non rumpente, sporidiis minutis fuscis.

Habitat in caulibus Scirporum siccis in Europa, *nec non in* Aegypto. (*v. v.*)

Diagn. Maculas format in Scirporum majorum caulibus frequentissimas aggregatas interdum confluentes, ita ut caulis inde saepe quasi marmoratus appareat. Maculae istae planae sunt supra caulem minime eminentes. Sporidia minutissima intra caulem recondita seriatim juncta.

7. SEPTARIA.

Sporidia septata in articulos secedentia, materia gelatinosa juncta non pedicellata sub epidermide erumpentia.

1. SEPTARIA *Ulmi.*

S. maculis fuscescentibus, acervis parvis dispersis, sporidiis compactis rectis ad 4 septatis.

S. Ulmi. *Fries Nov. Fl. suec. Cont. V. p.* 78. *Kunze Mykol. Hefte* 2. *p.* 107.

Stilbospora Uredo. *De Cand. fr.* 6. *p.* 152. *Mem. d. Museum* 3. *p.* 333. *t.* 4. *f.* 9.

Sphaeria Ulmicola. *Bivon. Bernard. sic.* 3. *p.* 14.

Fusarium septatum. *Schmidt et Kunze exs. n.* 182.

Habitat non infrequens in foliis Ulmi campestris in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Initio epidermide tecta dura fragili, ita secedente, ut vestigium nullum remaneat. Tum acervi minuti candidi ob sporidia compacta laevigata remanent. Sub microscopio composito aqua adfusa sporidia in articulos secedunt, quorum numerus quaternarius videtur.

2. SEPTARIA *Oxyacanthae.*

S. maculis purpurascentibus, acervis minutis sparsis, sporidiis albo-flavis longissimis curvatis octo ad duodecim partitis.

S. Oxyacanthae. *Kunze Mykol. Hefte* 2. p. 109.

Habitat in foliis Crataegi Oxyacanthae Germaniae. Lect. prope Erfordiam (Schmidt) (v. s.)

Diagn. Maculae in pagina opposita purpurascentes circulo albo cinctae. Acervi parum confluentes. Sporidia tenerrima, interdum hinc attenuata, septis parum distinctis.

Not. Hujus loci videtur, quanquam colore aliena Stilbospora epiphylla Schw. fung. car. p. 50. sporidiis ovalibus simplicibus quadrilocularibus congestis in pulvillum epidermide primum tectum nitidum rima dehiscentem. Frequens vero in foliis dejectis Castaneae. Pulvinuli subrotundi aut lineares flexuosi sed breves epidermide Castaneae tecti nitidi nigri, quae finditur a rima lineari media incipienda et ejiciuntur sporidia nigra opaca apice et basi saepe pellucida. Simulant aliquo modo Phragmidium, ubi videntur aliquem pedicellum habere, qui vero et raro nec unquam distinctus adest. (Schw.)

8. HYPODERMIUM.

Sporidia non didyma nec septata materia grumosa conjuncta non pedicellata sub epidermide rumpentia.

Not. A Caeomate differunt quod sporidia difficile segregentur. Epiphylla sunt, sporidiis semper subglobosis minutis atris. Ad sphaerias transeunt.

1. HYPODERMIUM *sparsum.*

H. acervis oblongis parvis sparsis, amphigenis.

Hypoderma Pinastri. *Nestler in litt. ad Willdenow.*

Habitat in foliis Abietis vulgaris in Europa. (v. v.)

Diagn. In foliis Pini sylvestris emortuis frequentissimum est. Oculo nudo puncta conspiciuntur minuta atra, sub microscopio simplici acervi conspiciuntur aut rupta epidermide emersa atra, aut epidermide longitudinaliter rupta aut inclusa. Sub microscopio

composito massa grumosa apparet e qua sporidia subglobosa extricanda.

2. HYPODERMIUM *sulcigenum.*

H. acervis linearibus oblongisque primo epidermide elevata tectis, tum epidermide rupta in sulcis degentibus plerumque epigenis.

Hypoderma Pinastri? *Nestler in litt. ad Willdenow.*

Habitat in foliis siccis et delapsis Pini sylvestris in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Acervos format prima aetate oblongos fuscos epidermide tectos tuberculosos, dein elongatos. Tum epidermis rumpitur et fovea orbicularis oritur, quae tandem extenditur ad 6 — 10 *lineas intus sporidia conglomerata continens sulcum non plane replentia.*

3. HYPODERMIUM *nervisequum.*

H. acervis binis linearibus nervisequis hypogenis.

Hypoderma? *Nestler in litt. ad Willdenow.*

Habitat in foliis emortuis Abietis vulgaris in Europa. *Lect. in Alsatia* (*Nestler.*) (*v. s.*)

Diagn. Facillime dignoscitur acervis angustis linearibus per nervum primarium paginae inferioris decurrentibus primo epidermide nitente tectis. Epidermis diu persistit, tandem longitudinaliter et angusta rima rumpitur. Sporidia ad latus acervi frequenter sparsa observantur, ut in Caeomatibus quoque fieri solet.

9. MELANCONIUM.

Sporidia non didyma nec septata non pedicellata sub epidermide plantarum mortuarum aut ex ipsa erumpentia.

Not. Omnia Melanconia epicaula sunt.

A. Sporidiis majoribus.

1. MELANCONIUM *ovatum.*

M. acervis sporidiorum elevatis irregulariter effusis,

sporidiis maximis compactis ovalibus et pyriformibus atris pellucidis.

Stilbospora ovata. *Pers. syn. p.* 96. *Obs. myc.* 1. *p* 31. *t.* 2. *f.* 6. *Alb. Schwein. nisk. p.* 53. *De Cand. fr.* 6. *p.* 550.

Stilbospora pyriformis. *Hoffm. germ. t.* 13. *f.* 4. *Link Obs. II. p.* 30.

Habitat in cortice arborum mortuarum per totam Europam. (*v. v.*)

Diagn. Acervi sporidiorum sub epidermide protrusi saepe sat alti et ad pollicem non raro extensi formae variabilis et casu determinatae. Sporidia video in eodem acervo et ovalia et pyriformia. Acervi intra corticem non penetrant. Nescio quomodo sporidia instar massae fluidiusculae protruduntur.

Notabilis planta singulari saepe crescendi modo. E cortice erumpit circulum nigrum formans corticem includens. In medio non raro punctum nigrum conspicitur. Circulus hicce e cellulis constat minoribus ac in cortice ipso. Tum sporidia exoriuntur, quae protrusa acervum formant exacte plerumque rotundum medio elevatum. Sporidia ovata minus pyriformia ac in praecedente statu. Ad Sphaerias hoc crescendi modo accedit. An semper ita oritur? An varietas tantum speciesque propria? Hunc statum primitivum sistunt Stilbospora ovata Schmidt et Kunze n. 35. *Stilbospora Juglandis Fries exs. n.* 215.

2. MELANCONIUM *apiocarpum.*

M. acervis sporidiorum elevatis irregulariter effusis, sporidiis mediocribus ovalibus atris subpellucidis.

Habitat in arborum truncis emortuis Europae. *Lect. Lips.* (*Schmidt*) *Berol.* (*Schlecht. Lk.*) (*v. v.*)

Diagn. Simillimum praecedenti ut absque microscopio composito et comparatione vix distinguas, differt enim sola magnitudine sporidiorum, quae paullo minus pellucida videntur. An var.?

3. MELANCONIUM *ovoideum.*

M. acervis medio elevatis in ambitu tenuissime expansis, sporidiis ovatis atris opacis.

Habitat in ramis arborum emortuis in Germania. *Lect. Lipsiae* (*Schmidt*) (*v. s.*)

Diagn. M. ovato simillimum at acervi praesertim versus ambitum multo tenuiores. Sporidia minora ac in praecedente vere ovalia, minime pyriformia, materia grumosa referta quae quoque eorum tegit superficiem.

4. MELANCONIUM *effusum.*

M. acervis tenuiter effusis, sporidiis sparsis ovatis atris opacis.

Habitat in ramis arborum emortuarum Germaniae. *Lect. Lipsiae* (*Schmidt*). *Berol.* (*Schlechtend. Lk.*) (*v. v.*)

Diagn. A. M. ovato et ovoideo valde differt sporidiis haud compactis tenui strato corticis epidermidi inspersis. Sporidia ovalia at minora ac in M. ovato, massa grumosa atra tota quanta referta.

B. Sporidiis minutis.

5. MELANCONIUM *disseminatum.*

M. sporidiis inspersis conglomeratis subglobosis minutis atris pellucidis.

Habitat in asseribus semiputridis in Europa *non infrequens.* (*v. v.*)

Diagn. Strato magis minusve denso, magis minusve continuo seu interrupto, latam plagam occupante dignoscitur. Sub microscopio composito sporidia in acervos conglomerata apparent, adfusa aqua vero secedunt, et globosa pellucida apparent. Cave ne Torulam herbarum destructam pro Melanconio habeas.

6. MELANCONIUM *sphaerospermum.*

M. acervis sporidiorum ellipticis epidermide tectis tandem effusis, sporidiis minutis globosis atris pellucidis.

Stilbospora sphaerosperma. *Pers. syn. p.* 97. *Obs. myc.* 1. *t.* 1. *f.* 6. *Alb. et Schw. nisk. p.* 53. *De Cand. fr.* 6. *p.* 150. *Schmidt et Kunze exs. n.* 102.

Habitat in culmis graminum siccis in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Habitum Caeomatum refert acervis ellipticis

epidermide tectis tandem rumpente, nec non loco in partibus herbaceis plantarum. Sporidia exacte globosa.

7. MELANCONIUM *sphaeroideum.*

M. acervis semiglobosis circumcirca effusis epidermide inclusis, sporidiis compactis globosis minutis atris pellucidis.

Stilbospora microsperma. *Nestler exs. n.* 384.

Habitat in ramis mortuis arborum Europae. (*v. s.*)

Diagn. Sporidiis cum M. sphaerospermo plane convenit at modo crescendi sat differt. In cortice enim verruculas semiglobosas format, epidermide clausas, sub qua sporidia circumcirca late effusa conspiciuntur. Habitum Sphaeriae prae se fert.

8. MELANCONIUM *bicolor.*

M. acervis subrotundis elevatis, sporidochio spurio elevato albo, sporidiis subglobosis oblongisque minutis atris.

Melanconium bicolor. *Nees fung. p.* 32. *t.* 2. *f.* 27.

Melanconium discolor. *Schmidt et Kunze exs. n.* 157. *Fries exs. n.* 298.

Hab. in ramis dejectis variarum arborum Europae. (*v. v.*)

Diagn. Acervos format non ita magnas pustulas referentes fere semper epidermide tectos. Interdum sporidochium album prominet, sporidiis intus occlusis. Tandem vero sporidia atra sporidochium tegunt non nisi sectione transversali distinguendum. Sporidochium mihi spurium videtur e cortice confectum.

STILBOSPORA *angustata.*

St. acervis subrotundis papillatis epidermide tectis, sporidiis cylindricis obscure septatis pellucidis atris.

Cfr. i. Stilb.

9. MELANCONIUM *conglomeratum.*

M. acervis sporidiorum initio subrotundis tum effusis, sporidiis haud compactis minutis subglobosis atris opacis.

M. atrum. *Link Obs. I. p.* 3. *t.* 1. *f.* 7. *aetate juniore.*

Stilbospora conglomerata. *Link Obs. II. p.* 30. *aetate provecta.*

Stilbospora microsperma. *Link. Obs. II. p.* 31. *sporidiis subangulatis.*

Habitat in ramis arborum emortuis in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Juniore aetate acervi subrotundi sunt epidermide tecti, tum eadem cincti uti acervi Caeomatum, tandem effusi. Sporidia interdum utrinque impressa et subangulata videntur. Hinc variae species videntur.

Not. Obscuras quasdam plantulas e Flora Carolinae superioris addemus.

Stilbospora maxima Schw. fung. car. p. 49. *sporidiis cylindrico-ovatis nudo oculo perceptibilibus irregulariter fasciculatis vel sparsis nigris. Profuse ad longitudinem ulmarum tegit ramulos cariosos. Sphaeriam refert. Sporidia opaca vix annulata sparsa vel aggregata fusca vel nigra; e cylindrico-ovata interdum in bacilli fere clavati speciem elongata. (Schw.)*

Quomodo sporidia fasciculata aut sparsa in Stilbospora?

Stilbospora pulvinata ibd. pulvinato conica; pulvinulis semilinearibus, sporidiis radiantibus subclavatis inquinantibus. Ad ligna valde cariosa. Sporidia ex cylindrico clavata minutissima opaca, lignum atro inquinant.

Quonam modo radiata?

Stilbospora epiphylla ibd. Septaria videtur.

10. DIDYMOSPORIUM.

Sporidia didyma aut uniseptata non pedicellata, sub epidermide plantarum mortuarum erumpentia.

1. DIDYMOSPORIUM *complanatum.*

D. acervis subrotundis et ellipticis supra planis, sporidochio spurio oblitterato, sporidiis minutis subcompactis subglobosis atris didymis.

Didymosporium complanatum. *Nees fung. p.* 33. *t.* 1. *f.* 29.

Stilbospora didyma. *Link Obs. II. p.* 30.

Stilbospora conglutinata. *Link. Obs. II. p.* 31.

Stilbospora fugax. *Schmidt et Kunze exs. n.* 79.

Habitat in ramis dejectis arborum frequens in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Acervi parvi epidermide cincti ut in Melanconio conglomerato at sporidia magis compacta, quo charactere statim distinguitur. Sporidia didyma saepe dilabuntur, hinc plures species ab Auctoribus et a me ipso relatas conjungo, in omnibus reliquis characteribus enim conveniunt.

2. DIDYMOSPORIUM *elevatum.*

D. acervis irregularibus, sporidochio spurio elevato, sporidiis compactis oblongis atris uniseptatis.

Melanconium betulinum. *Schmidt et Kunze exsicc. n.* 208.

Stilbospora spermatodes. *Link Obs. II. p.* 30.

Stilbospora microsperma. *Pers. syn. p.* 96?

Habitat corticibus Betularum et Fagorum emortuis in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Acervos format acervis Melanconii ovati non dissimiles elevatos interdum quasi papillatos, sporidiis compactis aterrimis. Eodem modo quoque nascitur. Circulus enim niger intra corticem interiorem oritur hujus particulam intercipiens et hoc modo stroma simulans elevatum. Color partis interceptae in plantulis Betularum incolis alius quoque est, quam in iis, quae Fagis innascuntur. E circulo isto atro effunduntur sporidia innumera compacta quasi diffluendo supra epidermidem extensa. Septum sporidiorum in effoetis aegre conspicitur.

Not. Obscura planta est Didymosporium Hedysari Schw. fung. car. p. 49. de quo haec referuntur. D. globosum depressum nigrum intus album, sporidiis oblongis utrinque attenuatis subbilocularibus. Paginam superiorem Hedysari Marilandici fere omnino tegit, etiam in inferiore occurrit. Totam plantam absque detrimento nigram reddit. Rarum et distinctum. Globuli minuti distincti, sed dense aggregati, cortice nigro compacto fragili, intus replentur gelatina alba, in qua vix ascorum et nullum sporidiorum invenio vestigium. Extus ubique teguntur sporidiis bilocularibus fuscis sub lente et paullum pellucidis. Sphaeriam diceres, nisi ubique

adnata essent sporidia, et ulla alienae plantae v. e. Stilbosporae notabilis copia. (Schw.)

At certe hujus loci non est, si sporangia vere adnata. Quodsi non adnata, sporidia sic dicta procul dubio ejecit. Gelatina alba plantulam longe ab hoc genere removent. Et locus epiphyllus abhorret.

11. STILBOSPORA.

Sporidia septata non pedicellata sub epidermide plantarum mortuarum erumpentia.

1. STILBOSPORA *macrospora.*

St. acervis elevatis in ambitu effusis epidermide tectis, sporidiis cylindricis biseptatis pellucidis atris.

Stilbospora macrospora. *Pers. syn. p.* 96. *Disp. meth. t.* 3. *f.* 13. *De Cand. fr.* 6. *p.* 157. *Nees fung. p.* 21. *t.* 1. *f.* 17. *Link Obs. II. p.* 30.

Habitat frequens in cortice arborum emortuarum in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Valde affinis Melanconio ovato, si microscopio simplici et oculis nudis consideraveris, sed acervi sub epidermide plerumque latent. Sub microscopio composito facile sporidiis dignoscitur cylindricis plerumque biseptatis ita ut ex tribus sporidiis constare videatur.

2. STILBOSPORA *angustata.*

St. acervis subrotundis papillatis epidermide tectis, sporidiis cylindricis obscure septatis pellucidis atris.

St. angustata. *Pers. syn. p.* 96.

Habitat in ramis exsiccatis dejectis arborum Germaniae. (*v. v.*)

Diagn. Melanconio ovato juniori simillimum est, format enim acervos parvos similes, sporidochio spurio tamen in meis quidem speciminibus oblitterato. Non dubito provecta aetate simili quoque modo diffundi. Sporidia multo minora quam in praecedente similia septis tamen obscuris. St. angustatam Pers. non vidi. Cum vero descriptio Auctoris brevissima sit et

in multas species quadret, unica hic substituenda erit.

12. CRYPTOSPORIUM.

Sporidia fusiformia obscure septata non pedicellata, sub epidermide plantarum mortuarum erumpentia.

1. CRYPTOSPORIUM *atrum.*

Cr. acervis minutis ellipticis, sporidiis minutis curvis atris.

Cr. atrum. *Kunze Mykol. Hfte* 1. *p.* 1. *t.* 1. *f.* 1.

Habitat in culmis Graminum exsiccatis in Germania. *Lectum prope Berolinum (Kunze, Eisenhart, Lk.)*

Diagn. Acervos format vix lin. longos epidermide semper tectos. Sub microscopio sporidia sat compacta apparent minuta pellucida.

2. CRYPTOSPORIUM *aurantiacum.*

Cr. acervis oblongis saepe confluentibus, sporidiis aurantiacis.

Fusarium hypodermium. *Link. Obs. II. p.* 31.

Habitat in caulibus exsiccatis Umbelliferarum in Germania. *Lect. Vratislav. (Lk.) (v. v.)*

Diagn. Acervos format sub epidermide magis protuberantes magisque irregulares ac praecedens a confluxu acervulorum. Sporidia compacta curva aurantiaca sub microscopio pellucida. Sporidochium seu stroma si adest, sat obscurum.

13. FUSIDIUM.

Sporidia cylindrica aut fusiformia saepe septata instrata.

1. FUSIDIUM *griseum.*

F. acervis late effusis, sporidiis fusiformibus griseis.

F. griseum. *Link Obs. I. p.* 6. *Ditmar in Sturms Abb. d. Pilze* 2. *p.* 35. *t.* 17. *Schmidt et Kunze exs. n.* 103.

Habitat in foliis aridis Quercuum in Germania *non infrequens.* (*v. v.*)

Diagn. Folia arida interdum tota saepe hinc inde et irregulariter, quasi calce grisea adspersa videntur. Sub microscopio composito adfusa aqua undique secedunt sporidia tenuia pellucida utrinque acuta.

2. FUSIDIUM *flavo-virens.*

F. acervis effusis, sporidiis fusiformibus flavo-virentibus.

F. aeruginosum. *Link Obs. I. p.* 6.

F. flavo-virens. *Ditmar in Sturms Abb. d. Pilz.* 2. *p.* 37. *t.* 18.

Habitat in foliis aridis Quercuum in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Valde affine praecedenti, nec nisi colore diversum, qui utique potius flavo-virens est, quam aeruginosus.

3. FUSIDIUM *Buxi.*

F. acervis sparsis, sporidiis fusiformibus minutissimis albicantibus.

F. Buxi. *Schmidt in litt.*

Habitat in foliis aridis Buxi sempervirentis in Germania. *Lect. Lipsiae.* (*Schmidt*) (*v. s.*)

Diagn. Affine F. griseo at color magis cinereus quam griseus et Sporidia multo minora.

4. FUSIDIUM *aureum.*

F. acervis effusis, sporidiis fusiformibus aurantiacis.

F. aureum. *Link Obs. I. p.* 6.

Habitat in fungis putridis exsiccatis in Germania. *Lect. Rostoch.* (*Lk.*)

Diagn. Acervos format parum dilatatos colore aurantiaco insignitos. Sporidia aqua adfusa secedunt. In hoc et praecedentibus sporidochium nullum videtur in sequentibus obscurum sane adest.

5. FUSIDIUM *candidum.*

F. acervis minutis passim confluentibus, sporidiis compactis fusiformibus albis.

F. candidum. *Link Obs. I. p.* 6.

Habitat in ramulis emortuis Fagi sylvaticae in Germa*nia. Lect. Rostochii, Berol.* (*Lk.*) (*Ehrenb.*)

Diagn. Acervos parvos sistit vix lin. longitudine angustos. Sporidia sub aqua secedunt magis compacta ac in praecedentibus. Transit ad Atractium pallidum, an juniore statu tantum diversum?

6. FUSIDIUM *expansum.*

F. acervis effusis, sporidiis cylindricis incurvis aurantiacis.

Fusarium expansum. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 139.

Habitat frequens in Stilbosporis, quas obtegit, in Germania. *Lect. Berol.* (*Schlecht. Lk.*)

Diagn. Stilbosporam strato tenui aurantiaco obducit, quod ablatum in aqua sub microscopio composito secedit in sporidia magna. Stroma si adest certe obscurum.

7. FUSIDIUM *sulphureum.*

F. acervis effusis, sporidiis compactis parvis fusiformibus crassiusculis curviusculis.

Fusarium sulphureum. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 139.

Habitat in tuberibus putridis Solani tuberosi in Germa*nia. Lect. Berolini.* (*Schlechtend.*) (*v. s.*)

Diagn. Acervi sub epidermide tuberum emergunt sat crassi, diffluendo expansi, colore in recentibus sulphureo in siccis pallente. Sporidochium proprium non vidi, hinc ad Fusarium reducere non potui. Sporidia crassiora ac in reliquis, utrinque subacuta, unde non exacte fusiformia.

14. MYXOSPORIUM.

Sporidia non septata nec pedicellata materia gelatinosa juncta, sub epidermide plantarum mortuarum protrusa et effusa.

Not. Eodem modo sub epidermide et e cortice protruduntur ac Melanconia et Stilbosporae, at gelatinae instar firmioris in cirrhos primum adscendunt tum effunduntur.

1. MYXOSPORIUM *croceum*.

M. sporidiis minutis globosis aurantiacis.

Naemospora crocea. *Pers. syn. p.* 109. *Obs. myc.* 1. *p.* 81. *Alb. et Schw. nisk. p.* 67. *De Cand. fr.* 2. *p.* 302.

Habitat frequens ad truncos fagineos caesos in Europa. (*v. v.*)

CONISPORIUM.

Sporidia (sporangia) instrata materia grumosa interspersa.

V. Gasteromycetes.

SERIES II.

Sporidochium verum. *Sporidia* instrata seu inspersa.

15. TUBERCULARIA.

Sporidochium verruciforme superne cinctum et tectum, strato composito *sporidiorum* subglobosorum.

Not. Sporidochium carnosum album plerumque. Sporidiorum stratum compositum voco quod e pluribus sporidiis sibi superimpositis constat. Saepe diffluunt sporidia, quae uti videtur e sporidochio excernuntur. Interdum thallus floccosus adest.

1. TUBERCULARIA *vulgaris*.

T. sporidochiis majoribus immersis rubris superne albis, sporidiis ruberrimis, strato sporidiorum convexo laevi tuberculato et diffluente.

T. vulgaris. *Tode meckl.* 1. *p.* 18. *Pers. syn. p.* 112. *De Cand. fr.* 2. *p.* 275. *Schmids et Kunze exs. n.* 107.

Tubercularia confluens. *Fries. exs. n.* 258.

Tremella purpurea. *Lin. Synt. veg. XV. p.* 1014. *Hoffm. Veg. crypt.* 1. *p.* 29. *t.* 6. *f.* 2.

Sphaeria miniata. *Bolt. fung. p.* 127. *t.* 127. *f.* 1.

Sphaeria tremelloides. *Weigel obs. bot. t.* 3. *f.* 1.

Habitat frequens in truncis junioribus ramisque arborum et fruticum emortuis in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Sporidochium subcylindricum rubrum intus porosum in corticem penetrant, superne cinctum strato albo contextus fungosi. Diameter lin. dimidiae et ultra. Tum stratum sporidiorum incipit valde crassum rubrum variae formae, aut massa aequabili convexa planiusculave sporidochium tegens, aut tuberculosa aut diffluente. Sporidia enim e sporidochio magna copia et subito exsudare videntur, unde variae superficiei formae.

Not. Tub. carnea Schw. Fung. Car. sup. p. 30. Berl. Magaz. V. p. 88. t. 6. f. 13. ad variet. T. vulgaris refertur, at valde differre videtur, si Tubercularia. Descriptio brevis, icon mala.

2. TUBERCULARIA *lutescens.*

T. sporidochiis majoribus immersis albis lutescentibusque, strato sporidiorum convexo concolore.

Habitat in arboribus et ramis emortuis arborum in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Tota forma praecedenti simillima nec nisi colore differt. An itaque diversa?

Not. T. flavescens Rebent. neom. p. 361. t. 3. f. 15. non hujus loci, stipitem enim habet emersum, coloremque alienum. Cel. Fries Ditiolam radicatam vocat.

3. TUBERCULARIA *minor.*

T. sporidochiis minoribus immersis rubris albisve, strato sporidiorum ruberrimo laevi et diffluente,

T. Acaciae. *Fries obs.* 1. *p.* 307.

T. Castaneae. *Pers. syn. p.* 113. *Rebent. neom. p.* 363.

T. confluens. *Pers. syn. p.* 113. *De Cand. fr.* 6. *p.* 276. *Nestler exs. n.* 576.

T. discoidea. *Pers. syn. p.* 111. *Fries exs. n.* 256.

Habitat in ramulis emortuis arborum fruticumque in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Minor est Tubercularia vulgari, diameter enim quadrantem lin. vix attingit, individua quoque ejusdem fere magnitudinis, cum in praecedente valde inter se differant. T. Acaciae et Castaneae typum sistunt, si sporidia diffluunt et horum ope plura indi-

vidua confluunt T. fit confluens, tandem effoeta sporidiis plane aut partim delapsis oritur T. discoidea. A T. vulgari nonnisi magnitudine differt, et combinarem nisi in toto ramo omnia individua eadem essent magnitudine, nullumque prae ceteris auctum, et stirps simul sat frequens.

4. TUBERCULARIA *mutabilis.*

T. sporidochiis immersis rubris albisve, strato sporidiorum convexo laevi primum ruberrimo tum nigro.

T. mutabilis. *Nees ab Esenbeck in litt.*

T. heterochroa. *Kunze in litt.*

Habitat in ramis exsiccatis arborum et fruticum Germaniae. (*v. v.*)

Diagn. Junior T. vulgari simillima ita ut distingui nequeat. Adultior fere tota nigra fit, et quidem subito uti videtur, nisi jam a primo aetate individua nigra sint rubris immixta. A T. nigricante defectu floccorum differt.

5. TUBERCULARIA *granulata.*

T. sporidochiis immersis albis, strato sporidiorum convexo sordide rubro demum nigrescente.

T. granulata. *Pers. syn. p.* 113. *Albert. Schw. nisk. p.* 69. *De Cand. fr.* 6. *p.* 109.

T. Pseui Acaciae. *Rebent. neom. p.* 363.

Habitat in ramis emortuis arborum et fruticum in Europa *non infrequens.* (*v. v.*)

Diagn. Multo minor est T. vulgari, frequens ex ramis prorumpit, sporidochio toto albo, superficie initio utique laevi, demum tantum rugosa. Sporidia prima aetate acervum formant globosum sporidochio minorem, qui sensim augetur, donec magnitudinem sporidochii habeat eamque saepe superet. Rarius diffluit et confluit, quam T. vulgaris.

6. TUBERCULARIA *persicina.*

T. sporidochiis immersis albis, strato sporidiorum laevi convexo lilacino.

T. persicina. *Ditmar in Sturms Abbild. d. Pilze* 4. *p*. 99. *t*. 49.

Hab. juxta et intra pseudoperidia Aecidii Epilobiati in Circaea Germaniae. *Lect.* Rostochi (*Ditmar*) (*v. v.*)

Diagn. Elegans plantula. Sporidochium semiglobosum intus cellulosum superne fibrosum, tectum strato sporidiorum crassiusculo, sporidiis majusculis globosis. Locis ubi multa pseudoperidia Aecidii inveniuntur majora sunt individua forma irregulari sporidiis nullis, colore tamen lilacino (Ditmar.)

7. TUBERCULARIA *dubia*.

T. sporidochiis vix immersis pulvinatis nigro-nitentibus globosis minoribus.

T. nigrescens. *Schw. fung. car. p.* 30.

Habitat in ramis exsiccatis Carolinae superioris. (*Schweinitz.*)

Not. Species obscura.

7. TUBERCULARIA *floccosa*.

T. sporidochiis minutis immersis globosis nigris, strato sporidiorum rubro floccisque albis sporidochium cingentibus.

T. floccosa. *Link Obs. II. p.* 35.

T. velutipes. *Nees fung. p.* 35. *t.* 2. *f.* 37.

Habitat in ramis dejectis Rheis typhini in Germania (*Nees*) (*v. s.*)

Diagn. Sporidochia initio floccis albis immersa et iisdem plane tecta sunt. Tunc sporidochia e floccis emergunt nigraque in superficie rami apparent, postea sporidia globulorum instar prodeunt tandem flocci plerique saepe omnes disparent.

9. TUBERCULARIA *nigricans*.

T. sporidochiis majusculis immersis rubris, e floccis prodeuntibus, strato sporidiorum concolore, sporidochio stratoque tandem nigris.

T. nigricans. *Bull. champ. p.* 217. *t.* 455. *f.* 1. *De Cand. fr.* 2. *p.* 276.

Habitat in ramis emortuis Europae australis.. *Lect. in Gallia* (*Bulliard*), *Lusitania* (*Lk.*) (*v. v.*)

Diagn. Junior uti praecedens tota floccis tecta iisque plane immersa est. Tunc produnt sporidochia semiglobosa laevia, strato sporidiorum saepe diffluente, tandem tota plantula colorem nigerrimum adipiscitur.

Not. An eadem T. nigrescens Schweinitz Fung. Carol. super. ed. Schwägrichen p. 30? Descriptio nimis brevis.

10. TUBERCULARIA *ciliata.*

T. sporidochiis medio coarctatis subemersis fuscis margine ciliatis, strato peridiorum convexo laevi rubro.

T. ciliata. *Ditmar in Sturms Abb. d. Pilz.* 1. *p.* 29. *t.* 14. *Link Obs. II. p.* 31.

Habitat in ramis exsiccatis Arborum in Germania. *Lect. Rostochii (Ditmar), Vratislav. (Lk.) (v. v.)*

Diagn. Pezizulam simulat parvam rubram albo cinctam colore elegantem. Sub microscopio composito sporidia facillime dignoscuntur denso strato imposita globosa ruberrima adfusa aqua diffusa.

Not. T. ciliata Albert. Schw. nisk. p. 18. *est Fusarium, nec non, uti mihi videtur Tub. ciliata De Cand. fr.* 6. *p.* 119.

11. TUBERCULARIA *Liceoides.*

T. sporidochiis gregariis sessilibus globosis, strato sporidiorum fusco-spadiceo rufo deciduo, pulvere argillaceo-fusco nucleum tegente.

Tr. Liceoides. *Fries obs.* 1. *p.* 208.

Habitat in ramis deciduis vere in Suecia (*Fries.*)

Diagn. Gregaria saepe confluens laevis granuliformis, granulis magnitudine seminum Viciae, rarius Pisi, cortice exteriori rufo-fusco vel fusco spadiceo demum deciduo. Dein farina subcompacta copiosa argillacea rosea includit fungum quasi nucleum intus duriusculum pallidum zona obscuriori fusca circumdatum. (Fries.)

12. TUBERCULARIA *herbarum.*

T. sporidochiis majusculis sessilibus subglobosis pallide rubris humidis intus gelatinosis siccis farinosis strato sporidiorum concolore.

T. herbarum. *Fries Obs.* 1. *p.* 208.

T. Artemisiae. *Schumach. saell.* 2. *p.* 183.

Habitat in caulibus exsiccatis herbarum in Dania *et* Suecia (*Fries.*)

Diagn. Statu humido Tremellae Urticae Pers. simillima, sed colore dilutiore, forma subglobosa et exsiccatione differt.

15. TUBERCULARIA *Menispermi.*

T. sporidochiis minutis sessilibus subglobosis duris obscure rubris, strato peridiorum concolore.

T. Menispermi. *Fries Obs.* 1. *p.* 208.

Habitat in ramis Menispermi canadensis in Suecia *culti* (*Fries.*)

Diagn. Media inter T. Acaciae, carmentorum et herbarum.

Not. de genere.

Tubercularia carmentorum Fries Obs. 1. *p.* 208. *exs. n.* 259. *in iis, quae vidi speciminibus, non monstravit sporidiorum stratum. An Fusarium roseum imperfectum. Haec dubia plantula.*

Tubercularia Buxi De Cand. fr. 6. *p.* 110., *quam non vidi, potius sphaeria videtur.*

Tub. rosea et cinnabarina hujus loci non sunt.

Species a cl. Schumacher indicatae T. Pini, minutae, Pruni, Cerasi, Populi, sulcata, nigra, hirsuta cfr. saell. 2. *p.* 183. *extricari non possunt, praesertim cum viri acutissimi collectio in obsidio urbis anno* 1807 *perierit.*

Tub. saligna et bicolor Alb. et Schw. nisk. p. 69. *ipsi Auctores ad dubia referunt.*

16. FUSARIUM.

Sporidochium verruciforme aut capitatum. *Sporidia* fusiformia, saepe septata.

1. FUSARIUM *pallens.*

F. sporidochio subcapitato immerso albicante, sporidiis concoloribus septatis.

F. pallens. *Nees N. Act. Leop. Carol.* 9. *p.* 237. *t.* 5. *f.* 7.

F. candidum. *Ehrenb. sylv. p.* 12. 24.

Fusidium obtusatum. *Link. Obs. II. p.* 31.

Fusidium pulvinatum. *Link Obs. II. p.* 32.

Habitat in ramis dejectis fruticum Europae *non infrequens.* (*v. v.*)

Diagn. Sporidochium cortici immersum, saepe cavum ex cinereo subrufescens epidermide cinctum uti bene describit Nees, *superne in capitulum globosum parum incrassatum. F. pulvinatum magis rufescit, quam reliquae species, sed specie differre non crediderim. Sporidia varia vidi, magis minusve fusiformia aut extremitatibus obtusatis, majora minorave, recta aut curva, septis magis minusve distinctis. Cum vero omnes alii characteres, nec non habitus, modusque crescendi conveniant distinguere nolui.*

2. FUSARIUM *roseum.*

F. sporidochio minuto vix immerso subgloboso roseo, sporidiis fusiformibus pallidioribus.

F. roseum. *Link Obs. I. p.* 8.

Fusidium roseum. *Link Obs. II. p.* 31.

Habitat in caulibus foliisque plantarum siccarum, in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Valde simile praecedenti at non immersum. Granula minuta refert rubra in caulibus siccis autumno gregatim et magna copia provenientia. Sporidia copiosa.

3. FUSARIUM *ciliatum.*

F. sporidochio minuto vix immerso subgloboso basi attenuato rubescenti longe piloso, sporidiis fusiformibus septatis.

Atractium ciliatum. *Link. Obs. II. p.* 32.

Tubercularia ciliata. *Alb. Schw. nisk. p.* 68. *t.* 5. *f.* 6.

Habitat in ramis dejectis arborum in Germania. (*v. v.*)

Diagn. A praecedente ciliis sat differt, a Tubercularia ciliata forma magis convexa, pilis undique impositis, nec tantum in margine conspicuis.

4. FUSARIUM *Stilbaster.*

F. sporidochio emerso capitato lutescente, sporidiis fusiformibus concoloribus.

Atractium Stilbaster. *Link Obs. I. p.* 8. *Nees fung. p.* 36. *f.* 34.

Habitat in truncis Fagorum caesis in Germania. *Lect. Rostochii* (*Ditmar*) (*v. v.*)

Diagn. Parva plantula vix ½ lin. longa fugax, stipite facile evanescente et capitulo fere tota in sporidia diffluente.

5. FUSARIUM *oxysporum.*

F. sporidochio verrucoso saepe expanso et irregulari emerso roseo, sporidiis fusiformibus utrinque acutissimis.

F. oxysporum. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 139.

Habitat in tuberibus semiputridis Solani tuberosi in Germania. *Lect. Berol.* (*Schlechtend.*) (*v. s.*)

Diagn. In epidermide tuberum erumpit ubi laevis est, semiglobosum et circumscriptum, ubi rimae seu plicae adsunt, expansum pluribus sporidochiis confluentibus, Tuberculariae vulgari haud absimile. Sporidia tenuia.

6. FUSARIUM *lateritium.*

F. sporidochio semigloboso deplanato et irregulariter expanso subgelatinoso e lutescente rubro, sporidiis globosis et fusiformibus crassiusculis curvinsculis.

F. lateritium. *Nees fung. p.* 31. *t.* 2. *f.* 26.

F. microsporum. *Schlecht. ber.* 2. *p.* 139.

Habitat in truncis emortuis asseribusque humidis in Germania *frequens.* (*v. v.*)

Diagn. Sporidochia minora subglobosa sunt majora expansa et diffusa, ita ut spatium 8 — 10 *linearum occupent. Facile ob substantiam gelatinosam et colorem cum Tremella lacrymali Pers. confunditur. Sporidia in eodem individuo diversissima vidi. Globosa intra contextum sporidochii plerumque latent, saepe tamen instrata. Reliqua a forma ovali crassiore ad*

fusiformem tenuem variant, hinc F. microsporum Schlecht. non diversum crediderim.

7. FUSARIUM *heterosporum.*

F. sporidochio expanso ruberrimo, sporidiis globosis et fusiformibus.

F. heterosporum. *Nees N. Act. Ac. Leop. Car.* 9. *p.* 135.

Habitat in germinibus Lolii perennis in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Tremellae instar germen et flores interiores Lolii perennis ad 2 — 4 *lin. obtegit colore ruberrimo non pallescente sat conspicuum. Sporidia, ut in praecedente, contextui immersa globosa sunt, inspersa vero a globosa forma per oblongam ad fusiformem curviusculam transeunt.*

17. DERMOSPORIUM

Sporidochium subglobosum cinctum strato *sporidiorum* simplici denso.

1. DERMOSPORIUM *flavicans.*

D. sporidochiis aggregatis parvis flavicantibus, sporidiis globosis minutis concoloribus.

D. flavicans. *Link Obs. II. p.* 32. *Ehrenb. sylv. myc. p.* 12.

Habitat ad ramos putridos in humidis in Germania. *Lect. in Silesia, Berol.* (*Lk. Ehrenb.*) (*v. v.*)

Diagn. Insectorum ovis simillimum ob colorem et nitorem. Sporidochia parva capite aciculae duplo minora, sed ob copiam facillime agnoscenda duriuscula diu persistentia. Sporidia stratum tam densum circa sporidochium conficiunt, ut membrana amictum videatur. Affine Tuberculariae, at strati sporidiorum indole sat diversa.

18. EPICOCCUM.

Macula effusa, *sporidochium* verruciforme, *sporidia* aggregata irregulariter coacervata et imposita.

Not. Macula nonnisi stroma tenuissimum est, eum parenchymate plantae subjacentis confusum.

1. EPICOCCUM *nigrum.*

E. macula nigra, sporidochiis sporidiisque subglobosis nigris.

E. nigrum. *Link Obs. II. p.* 32.

Habitat in caulibus aridis variarum plantarum in Germania. *Lect. Rostochii, Vratislav. (v. v.)*

Diagn. In macula nigra longe effusa granula minuta, nigra insident gregaria, recentia laevia sicca rugosa. Sub microscopio composito apparent sporidiis tecta irregulariter instratis, sed strata non ita crassa ac in Tubercularia, sporidiisque pro ratione sporidochii multo majoribus.

2. EPICOCCUM *purpurascens.*

E. macula purpurea, sporidochiis subglobosis sporidiisque nigris.

E. purpurascens. *Ehrenb. sylv. myc. p.* 12. *Schlechtend. ber.* 2. *p.* 136.

Habitat in caulibus herbarum siccis, frequens in Asparagis in Germania. *Lect. Lipsiae (Kunze) tum Berolini (Ehrenb. Schlechtend. Lk.)*

Diagn. Praecedenti simillimum ut varietatem credas. Maculae longe effusae. Sporidia initio convexa tum depressa et rugosa.

19. AEGERITA.

Sporidochium verruciforme. *Sporidia* in superficie et intra ipsam inspersa.

Not. Tuberculariae genus adfine at stratum sporidiorum non ita densum nec a sporidochio ita dissectum est. Superficies sicca squamulosa non minus a Tubercularia distinguit.

1. AEGERITA *candida.*

A. sporidochiis globosis sparsis candidis.

Aegerita candida. *Pers. syn. p.* 684. *Nees fung. p.* 30. *t.* 2. *f.* 24.

Sclerotium Aegerita. *Hoffm. germ.* 2. *t.* 9. *f.* 1.

Hab. in corticibus arborum emortuis in Europa. *(v. v.)*

Diagn. Granula sistit candida magnitudine gravi pulveris pyrii, recenti statu laevia, adultiore et sicco squamulis quasi inspersa et in squamulas secedentia.

Not. Aegerita pallida Pers. syn. p. 685. *non differre videtur. Aegerita caesia ibd. ab ipso auctore cum signo dubitationis indicatur.*

Aegerita persicina Fries. exs. n. 300. *cum Tubercularia rosea Pers. ad Fungos Tremelloideos pertinet.*

Aegeritae species a Candollio indicatae fr. 2. *p.* 72 *sqq. hujus loci non sunt. A. aurantiaca scilicet est Sporotrichum aureum, A. crustacea Oideum rubens, A. cinnabarina Sp. sortophilum ut videtur, A. punctiformis et epixylon dubiae.*

20. PERICONIA.

Sporidochium subulatum. *Sporidia* superne inspersa.

Not. Redit genus ad Hyphomycetas a quibus tamen stipite firmiter compacto differt.

1. PERICONIA *byssoides.*

P. sporidochio nigro, sporidiis concoloribus in capitulum collectis.

P. byssoides. *Pers. syn. p.* 686. *Alb. Schw. nisk. p.* 357. *De Cand. fr.* 6. *p.* 17. *Nees in N. Act. Ac. Caes.* 9. *p.* 239. *t.* 5 *f.* 9.

Habitat in caulibus herbarum emortuis in Europa. (*v. v.*)

Diagn. *Longe lateque investit caules herbarum Malvacearum praesertim emortuos et cortice denudatos, maculis irregulariter confluentibus in fundo cinerascente-nigro effusa nudo oculo vix usurpanda, octavam ad summum lineae partem altitudine aequans. Stroma filiforme rigidum erectum apice pellucens et saepe incrassatum. Capitulum globosum inaequale nigrum caducum e sporis globosis paucis grandiusculis compactum, quae, dum diffluunt, fundum inter stromata, aliquando sibi satis approximata, nigredine illa tingere videntur* (Nees.)

2. PERICONIA *subulata.*

P. sporidochio subulato inferne nigro superne hyalino, sporidiis canescentibus inspersis.

P. subulata. *Nees N. Act. Ac. Caes. Leop.* 9. p. 238. t. 5. f. 8.

P. Stemonitis. *Pers. syn. p.* 687. *Comm. d. fung. cl, p.* 103.

P. Avellanae. *Rebent. neom. p.* 358.

Habitat in ramis dejectis in Germania. *Lect. in Franconia* (*Nees*) (*v. s.*)

Diagn. Sparsa subinde suffasciculata vix lin. longa. Stroma (*Sporidochium*) *flaccidum compressiusculum nigrum, apice denudato hyalino. Nudo oculo apex ad mediam fere altitudinem nebula quasi cinerascente obvolutus clavulam parvam sistit, quae microscopio composito subjecta et aqua irrorata in sporidia crebra globosa pellucidula lento motu dissolvitur* (Nees.)

Not. Periconiam Stemonitin Pers. huc refero, quam enim hoc nomine habebam a P. subulata Neesii non differebat. Auctor plantulam non conservavit. Periconia Avellanae Rebent. non differre videtur quanquam major sit.

9. PERICONIA *nana*.

P. sporidochio subulato nigro cinerascente, sporidiis canescentibus superne dense inspersis.

P. nana. *Ehrenb. sylv. myc. p.* 13. 24.

Habitat in strobilis Pini et in stercore humano in Germania. *Lect. circa Berolinum* (*Ehrenb.*) (*v. s.*)

Diagn. Multo minor praecedenti. Sporidochium inferne pruina cinerascente inspersum. Sporidia superne aggregata ita ut capitulum canescens constituant. An distinctum a praecedente?

Not. Periconia lichenoides Tode fung. mecklenb. 2. *p.* 2. *t.* 8. *f.* 61. *Pers. syn.* 686. *Alb. et Schw. nisk.* 357. *De Cand. fr.* 6. *p.* 17. *procul dubio Mucor est male descriptus ac pictus a Todio observatore haud optimo. Omnes Auctores descriptionem repeterunt. Vix hujus loci.*

P. Persiae Schw. fung. carol. p. 99. *capitulo compacto ovato globoso cinereo nigro evanescente, stipite crassiusculo rigido incurvo subbulboso nigro. Copia incredibili omnes ramos ramulosque et truncos emortuarum Persicarum investit et quasi spinulosos reddit, interdum unciae quadrantem longa, etiam in Prunis indigenis minor species eaque stipite subramoso adest omni tempore* (*Schw.*)

P. Robiniae. ibd. capitulo irregulari deciduo farinaceo, stipite subcompresso subfurcato cinereis. Passim ad ramos dejectos Robiniae vere; maxima saepe bifurcata ramosa semiunciam longa, stipite rigido crasso. Videtur genus nimis affine Lichenibus (Schw.) (? ?).

HELMINTHOSPORIUM.

Sporidochium flocciforme simplex aut ramosum. *Sporidia* adhaerentia septata.

V. Hyphomycetes nr. 31.

21. CEPHALOTRICHUM.

Sporidochium capitatum capitulo e floccis contortis, *sporidiis* interspersis.

Not. Trichiae affine genus at caret membrana capitulum cingente. Stipes firmus persistens e contextu vesiculoso. Capitulum e floccis rigidiusculis. Sporidia globosa.

1. CEPHALOTRICHUM *rigescens.*

C. sporidochio superne attenuato subfibrilloso fusco non transeunte capitulum concolor.

C. rigescens. *Link Obs. I. p.* 18. *Nees fung. p.* 87. *f.* 87. *A.*

Habitat in truncis caesis Germaniae. *Lect. Rostochii (Dismar, Lk.)*

Diagn. Sporidochium lin. longum. Color fuscus fere niger. Trichiae valde simile.

2. CEPHALOTRICHUM *flavovirens.*

C. stipite fusco, capitulo flavovirente caduco.

C. flavovirens. *Nees fung. p.* 87. *t.* 7. *f.* 87. *Mart. erlang. p.* 366.

Periconia flavovirens. *Albert. et Schw. nisk. p.* 357. *t.* 4. *f.* 7.

Habitat in foliis semiputridis dejectis in Germania. *Lect. in Lusitania, Franconia (Albertini, Martius.)*

Diagn. Stipes basi incrassatus striatus. Capitulum in aliis oblongum vel subteres in aliis sphaericum fere, colore flavo-virente insigne. (Albert. et Schw.)

3. CEPHALOTRICHUM *monilioides.*

C. stipite albo seu lutescente et rufescente, capitulo concolore.

Isaria monilioides. *Albert. et Schw. nisk. p.* 362. *t.* 12. *f.* 8. *De Cand. fr.* 6. *p.* 12.

Habitat in ligno putrescente in Germania. *Lect. in Lusatia* (*Alb. et Schw.*)

Diagn. Species pusilla vix lin. longa nitidula, nunc sparsa nunc longe lateque gregaria. Stipites interdum coaliti. Stipes variat colore candido, lutescente rufescente. A. Monilia candida differt filis brevibus nec articulatis capitulique forma (*Alb. et Schw.*)

Not. Nolui praeterire plantulam ab Auctoribus bene descriptam.

22. ISARIA.

Thallus dense contextus. *Sporidochium* elongatum simplex aut ramosum, superne floccosum. *Sporidia* floccis inspersa.

Not. Sporidia globosa semper minuta.

1. ISARIA *crassa.*

I. sporidochio albo demum ramoso, ramis truncatis incisulis, basi demum distincto glabro.

Is. velutipes. *Link Obs. I. p.* 18. *f.* 32. *Pers. myc.* 1. *p.* 45. *Nees fung. p.* 86. *f.* 85. *Ditmar in Sturms Flor. Heft* 4. *p.* 109. *t.* 54. *infans.*

I. crassa. *Pers. syn. p.* 637., *myc.* 1. *p.* 45. *Comm. d. fung. clavaeform. p.* 99. *Alb. Schw. nisk. p.* 360.

I. truncata. *Pers. syn. p.* 687., *myc.* 1. *p.* 45. *Comm. d. fung. clavaeform. p.* 99.

Ramaria farinosa. *Dickson crypt.* 2. *p.* 25. *Holmskiold coryph. Ramar. n.* 17. *p.* 94. *c. tab.*

Habitat in chrysalidibus mortuis et putridis in Europa *non infrequens.* (*v. v.*)

Diagn. Variabilis planta, unde multae apud Auctores species. Juniore aetate vix poll. longa est clavata simplex tota quanta floccis obtecta (*I. velutipes*). *Tum basis glabra fit, apex compressus* (*Is. crassa*). *Dein*

apex compressus incisulus tandem in ramos excrescit truncatos. Saepe varias hasce formas intermixtas vidi, ita ut ejusdem speciei esse nullus dubitare possim. Sporidia magna copia accumulata.

2. ISARIA *Eleuteratorum.*

I. sporidochio filiformi ramoso toto flocçoso albo ramoso, ramulis lateralibus minutis.

I. Eleuteratorum. *Nees fung. p.* 86. *t.* 7. *f.* 84. *Pers. myc.* 1. *p.* 45.

Habitat in Eleuteratis mortuis et putridis in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Parva vix 3 *lin. longa e segmentis Eleuteratorum praesertim Caraborum, in quibus solis reperimus magna saepe copia et gregatim provenit et interstitia inter partes insecti thallo contegit. Ramuli laterales non ita multi breves. Color in adultis cinerascit.*

3. ISARIA *arachnophila.*

I. sporidochio simplici clavato toto flocçoso albo.

I. arachnophila. *Ditmar in Sturms Flor.* 4. *p.* 111. *t.* 55. *Pers. myc.* 1. *p.* 45.

Habitat in araneis subputridis Germaniae. (*v. v.*)

Diagn. Sporidochium vix lin. longum in araneis emortuis subputridis proveniens easque thallo obducens. Gregatim crescit. Sporidia sat magna copia accumulata.

4. ISARIA *sphecophila.*

I. sporidochio simplici longissimo subulato medio nodoso diluto umbrino, apicibus sporidiferis cinereis.

I. sphecophila. *Ditmar in Sturms Flor.* 4. *p.* 115. *t.* 57.

Ceratonema Crabronis. *Pers. myc.* 1. *p.* 48.

Habitat in Vespis subputridis Germaniae. *Lect. Rostochii* (*Ditmar*) (*v. v.*)

Diagn. Singularis species gregatim provenit altitudine 4 *poll. et majore diametro* $\frac{1}{4}$ — $\frac{1}{2}$ *lin. Sporidia-*

chium intus album extus inferiore parte glabrum, infra medium nodo instructum et versus nodum plicatum. Apex aut potius bis tertia pars cinerea, floccis brevibus obsita, inter quos sporidia rara minuta observantur. Contextus interior fibrosus.

Not. Dubito cum Auctore an hujus loci sit an sporidochium Sphaeriae. Persoonius cum aliis dubiis in dubium genus Ceratonema dictum conjunxit.

5. ISARIA *sphingophila*.

I. thallo albido, sporidochiis longissimis setaceis compressis sporidiferis.

I. Sphingum. *Schw. fung. car. p.* 100.

Habitat in Sphingibus emortuis in Carolina superiore (*Schweinitz.*)

Diagn. *Fibroso-crustacea sericea albida, spinis setaceis compressis longissimis subpulverulentis. Sphinges majores mortuas perfectas, non larvas investit, ubi ramulis insident, substantia crustatea densa. De hoc fungo anomalo satis vulgari memorabile est, quod in ramulis talibus, in quibus sphinx emortua insidens a fungo investitur, per omnes menses hiemis folia quamquam sicca tamen viridissima, conservantur. Praecipue innascitur sphingibus, fagineis ramulis insidentibus. Radii abdominis margines et alarum nervos praecipue occupant unciales et apice obtusi aut subincrassati sunt.* (*Schw.*)

6. ISARIA *phalangiophila*.

I. thallo lutescente, sporidochiis basi filiformibus apice clavatis citrinis apice incarnato sporidifero.

I. aranearum. *Schw. fung. car. p.* 100.

Habitat in araneis mortuis in Carolina superiore (*Schweinitz.*)

Diagn. *Effusa crustacea lutescens, clavulis setaceis citrinis, apice incarnato pulverulento. Inventa in araneis casu fortuito cum foliis in herbario praeservatis. E crusta lutescente splendente proveniunt clavulae simplices bilineares caespitosae divergentes erectae vel decumbentes apice more Isariarum pulvere conspersae, stipite clavulae citrino.* (*Schw.*)

Not. Thallus in hac et praecedente in stroma abiisse videtur.

7. ISARIA *agaricina.*

I. sporidochio ramosissimo rigidiusculo albo toto flocçoso, ramis filiformibus patentibus.

I. agaricina. *Pers. syn. p.* 688. *in Usteri's N. bot. Mag. p.* 121. *Comm. d. fung. clavaeform. p.* 102., *myc.* 1. *p.* 47.

Clavaria brachiata. *Batsch. El. fung. Cont.* 1. *p.* 233. *f.* 163.

Habitat in fungis semiputridis exsiccatis in Germania *frequens.* (*v. v.*)

Diagn. E longinquo Sporotrichum refert fungum obtegens. Accuratius inspectum ramos crassiores habet e floccis contextos, crassiores tenuioresque haud fugaces sed diu persistentes granis minutissimis obtectos. Ad 3 *lineas fruticuli instar adscendit.*

8. ISARIA *epiphylla.*

I. sporidochio simplici clavato flocceso albo.

I. epiphylla. *Pers. syn. p.* 688., *myc.* 1. *p.* 46. *Comment. d. fung. clavaeform. p.* 100. *Alb. Schweinisk. p.* 361. *De Cand. fr.* 6. *p.* 12.

Habitat in foliis exsiccatis fagineis aut populneis in Europa.

Diagn. Caespitulum efformat e clavulis pluribus basi sibi dense approximatis sursum divergentibus. Singula tres lineas ferme longa ½ *lin. fere crassa, erecta, subattenuata, candida, farina tenui obducta.* (*Persoon.*)

9. ISARIA *clavata.*

I. sporidochio simplici clavato toto flocceso umbrino-stramineo.

I. clavata. *Ditmar in Sturms Flor.* 4. *p.* 113. *t.* 56. *Pers. myc.* 1. *p.* 46.

Habitat in truncis fagineis emortuis Germaniae. *Lect. Rostochii* (*Ditmar*) (*v. s.*)

Diagn. Altitudo ½ *lin.* — ¾ *lin. Gregatim crescit et*

fasciculatim sporidochiis scilicet sibi basi adnatis. Contextus valde floccosus. Sporidia sporidochio concolora. (*Ditmar.*)

10. ISARIA *bulbosa.*

I. sporidochio basi dilatato superne attenuato toto floccoso albo, ramulis brevibus.

I. bulbosa. *Nees fung. p.* 86. *t.* 7. *f.* 83. *Pers. myc.* 1. *p.* 46.

Habitat in truncis putridis in Germania. *Lectum in Franconia* (*Nees.*)

Not. Planta mihi dubia, quam juniorem Isariam glaucam crediderim.

11. ISARIA *hydnoides.*

I. sporidochio conico subsimplici toto floccoso albo.

Hydnum calvum. *Alb. Schwein. nisk. p.* 271. *t.* 10. *f.* 8.

Habitat in truncis putridis in Germania. *Lect. in Lusatia* (*Albert. Schwein.*) (*v. s.*)

Diagn. Sporidochia sparsa minutissima vix lin. longa utique hujus generis secundum specimen Auctorum.

12. ISARIA *glauca.*

I. sporidochiis basi connatis totis floccosis canescentibus.

I. glauca. *Ditmar in Sturms Fl.* 2. *p.* 39. *t.* 19. *Pers. myc.* 1. *p.* 46.

Habitat in ramis fagineis emortuis in Germania. *Lect. Rostochii* (*Ditmar*) (*v. s.*)

Diagn. Parva longitudine ½ lin. ad lineam usque, sporidochiis partitis aut si mavis basi connatis, apicibus subattenuatis.

12. ISARIA *glaucocephala.*

I. sporidochiis basi connatis totis floccosis fuscis apicibus canescentibus.

Habitat in ramis emortuis Europae. *Lect. in Lusitania et Berolini* (*Lk.*)

Diagn. Praecedenti vix major et forsan varietas, dif-

fert tantummodò colore. Intermedia est inter I. glaucam et I. umbrinam.

13. ISARIA *umbrina.*

I. sporidochiis basi connatis partitisque totis floccosis umbrinis.

I. umbrina. *Pers. syn. p.* 689., *myc.* 1. *p.* 46. *Usteri N. Ann. d. Botan.* 9. *p.* 12. *Alb. Schw. nisk. p.* 361. *De Cand. fr.* 6. *p.* 12.

Habitat in truncis putridis Europae. (*v. v.*)

Diagn. Major praecedentibus ad tres quatuorve lin. alta. Sporidochia basi non solum connata sed quoque vere partita.

Varietatem habeo e Lusitania an juniorem plantam multo minorem sporidochiis non partitis sed basi connatis.

14. ISARIA *citrina.*

I. sporidochio ramoso inferne citrino superne albo toto floccoso, ramis attenuatis.

I. citrina. *Pers. syn. p.* 689. *Icon. et descr. fung. p.* 9. *t.* 3. *f.* 1., *myc.* 1. *p.* 46. *Ditmar in Sturms Fl.* 3. *p.* 75. *t.* 37.

Habitat in truncis putridis in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Gregatim crescit altitudine 1 — 1½ *lin. Valde ramosa est et floccis obsita quibus pennata apparet. Truncus citrinus rami albentes. Sporidia inter floccos et saepe in floccis ipsis.* (*Ditmar.*)

15. ISARIA *furcellata.*

I. sporidochiis gregariis mollibus ramosis, ramis erectis subfastigatis subclavatis, floccis sporidiferis densis erectis versus apices collectis.

I. furcellata. *Mart. erlang. p.* 364.

Habitat in asseribus semiputridis in Germania. *Lect. circa Erlangam* (*Martius.*)

Diagn. Plantula parva, vix ½ *lin. alta in caespites diametro subpollicari congesta erecta basi simplex superne in ramos duos ad sex subfastigatos erectos re-*

ctosque hinc inde subflexuosos divisa. Flocci in apicibus ramorum subclavatis erecti sporas minutas globosas ferentes. Color plantae vegetae albus; substantia tunc temporis mollis subgelatinosa, postea apices pallide ochracei evadunt et massa siccescit. Interdum hypostroma (thallus) tenue album floccosum adest. (Martius.)

Not. de hoc genere.

Is. mucida Pers. est Ceratium, Is. monilioides Alb. Schw. est Cephalotrichum. Is. agaricina Pers. videtur Botrytis agaricina, Is. byssoides Pers. est planta dubia.

Isaria carnea Pers. syn. p. 689. Obs. myc. 1. p. 13. t. 2. f. 6. 7. Comm. d. fung. clavaef. p. 101. Alb. et Schw. nisk. p. 361. De Cand. fr. 6. p. 12. quamvis non solum picta, sed quoque saepius descripta, attamen secundum structuram ignota.

23. CERATIUM.

Sporidochium teretiusculum ramosum undique *sporidiis* majoribus inspersum floccisque e sporidiis minoribus constantibus.

Not. Aqua adfusa totum sporidochium expanditur, ut quasi diffluat et sporidia minora opaca saepe tantum conspiciantur; majora enim cum sporidochio expanduntur. Res ab Albertinio et Schweinitzio minus bene observata, quos olim nimis secutus sum.

1. CERATIUM *hydnoides.*

C. sporidochiis aggregatis connatis ramosis albis.

C. hydnoides. *Albert. et Schw. p. 358. t. 2. f. 7. Link Obs. I. p. 18. Nees fung. p. 85. t. 6. f. 82. De Cand. fr. 6. p. 11.*

Isaria mucida. *Pers. syn. p. 688. in Uster. Bot. Mag. 1. p. 121. Comm. d. fung. clavaef. p. 100.*

Isaria ramosa bifida. *Hill Hist. of plants p. 67.*

Clavaria Puccinia. *Batsch El. fung. p. 130. fig. 49. Timm megap. p. 274.*

Clavaria Byssoides. *Bulliard fr. p. 209. t. 415. f. 2. De Cand. fr. 2. p. 99.*

Byssus fruticulosa. *Fl. dan. t. 718. f. 2.*

Tremella hydnoidea. *Jacq. Misc.* 1. *p.* 145. *t.* 16. *Murray syst. p.* 965.

Puccinia. *nr.* 2. *t.* 92. *f.* 2. *Mich. gen, p.* 213.

Puccinia. *Hall. Hist. stirp. n.* 2208.

Habitat frequens ad truncos putrescentes fagineos in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Hydno resupinato seu Odontiae omnino simile est; Sporidochia ita aggregata ut saepe in series confluant sat longas. Sporidia majora globosa sunt, minora minutissima in floccos tenuissimos seriata.

2. CERATIUM *pyxidatum.*

C. sporidochiis aggregatis basi simplicibus apice confertim partitis albis.

C. pyxidatum. *Albert. et Schw. nisk. p.* 359. *t.* 12. *f.* 9.

Habitat ad truncos putrescentes in Germania. *Lect. in Lusatia* (*Alb. et Schw.*)

Diagn. Priori videtur valde affine nec nisi ramorum divisione diversum.

3. CERATIUM *porioides.*

C. sporidochiis aggregatis ramosis, ramulis creberrimis filiformibus aureis.

C. porioides. *Albert. et Schw. nisk. p.* 359. *t.* 2. *f.* 6.

C. aureum. *Link Obs. II. p.* 39.

Habitat in asseribus putridis in Germania. (*v. v.*)

Diagn. A. C. hydnoide differt ramulis longioribus tenuioribus magis confertis, floccis rarioribus. Color facile pallescit, tum inconstans est aut totius aureus aut albus extremitatibus aureis. Hinc C. porioidem Alb. et Schw. non diversam puto.

4. CERATIUM *rubicundum.*

C. sporidochiis in massam carnosam rubicundam confluentibus ramosis albis.

Habitat in muscis instratum in Germania. *Lect. Berolini* (*Ehrenberg*) (*v. v.*)

Diagn. In ambitu simillimum C. hydnoidi sporidochiis

ramosis erectis albis, in disco vero sat differt in stroma veluti carnosiusculum rubicundum concretum. Sub microscopio composito ambitus C. hydnoidi simillimus floccis opacis similiter tenuissimis e sporidiis minutis opacis compositis, sporidiisque multo majoribus inspersis, quae mihi vero in hac e forma ovoidea, cum sicca fuerint, in formam sphaericam, cum humectantur, luculenter transiisse visa sunt. Stroma in medio e sporidiis istis majoribus compactum pro maxima parte consistit.

24. SPORIDESMIUM.

Stroma effusum. *Sporidia* septata.

1. SPORIDESMIUM *atrum*.

Sp. stromate effuso atro, sporidiis dense aggregatis clavatis, tum fusiformibus et tortuosis concoloribus.

Sp. atrum. *Link Obs. I. p.* 39. *f.* 64. *Nees fung. p.* 22. *f.* 18. *prima aetate.*

Sp. fusiforme. *Nees pl. mycet. N. Act. Acad. Leop. T.* 9. *p.* 230. *t.* 5. *f.* 1. *aetate provecta.*

Sp. vagum. *Nees pl. myc. N. A. A. Leop. T.* 9. *p.* 231. *t.* 5. *f.* 2.

Habitat in asseribus putridis Europae. (*v. v.*)

Diagn. Longe lateque asseres incrustat stromate crassiusculo atro, prima aetate acervos parvos oblongos tum lineares tandem undique expansos formans. Sporidia pro varia aetate varia sunt, primum clavata, tum superne et magis inferne attenuata, tandem varie flectuntur et decumbunt. In uno eodemque strato omnes hasce formas conspexi.

25. EXOSPORIUM.

Macula effusa. *Sporidochium* verruciforme. *Sporidia* sessilia septata.

Not. Ad Conopleas accedit sed sporidochium sat conspicuum et qui flocci innati videntur evidenter septati et sporidiis aliis globosis minimis intermixti, tum apice non truncati sed attenuati et rotun-

dati seu clausi sunt, hinc sporidia vocanda. A Sphaeriis rostratis septis sporidiorum dignoscendum.

1. EXOSPORIUM *Tiliae.*

E. sporidochiis subglobosis aggregatis atris, sporidiis obtusatis concoloribus.

E. Tiliae. *Link Obs. I. p.* 8. *t.* 1. *f.* 8. *Nees fung.* 2. *p.* 8. *t.* 2. *f.* 30. *Schmidt et Kunze exs. n.* 43. *Fries exs. n.* 178.

Conoplea Tiliae. *Pers. myc.* 1. *p.* 12.

Habitat in truncis emortuis Tiliarum in Europa boreali *frequens.* (*v. v.*)

Diagn. Sporidochia magnitudine grani Panici italici hirsuta ob sporidia. Frequentissime in truncis emortuis Tiliarum praesertim gelu tactis degit. Sub microscopio composito sporidia apparent septata praesertim statu recenti, in statu decrepito evanescunt septa.

2. EXOSPORIUM *clavuligerum.*

E. sporidochiis subglobosis aggregatis atris, sporidiis elongatis filiformibus concoloribus, aliis clavatis pellucidioribus.

Conoplea clavuligera. *Link Obs. II. p.* 33. *Pers. myc.* 2. *p.* 12.

Habitat in truncis emortuis Salicum in Germania. *Lect. Rostochii* (*Lk.*) *in Franconia* (*Nees ab Esenbeck.*) (*v. v.*)

Diagn. Simillimum E. Tiliae, ita ut absque microscopio composito vix distinguas. Sporidia varia in eodem sporidochio. An var. pr.?

3. EXOSPORIUM *hypodermium.*

E. sporidochiis oblongis saepe confluentibus epidermide rupta cinctis atris, sporidiis elongatis distantibus filiformibus concoloribus.

Conoplea hypodermia. *Link Obs. II. p.* 32. *Pers. myc.* 2. *p.* 12.

Habitat in caulibus siccis Umbelliferarum Germaniae. *Lect. in Silesia* (*Lk.*) (*v. v.*)

Diagn. Acervi minuti nudo oculo striolas atras efficientes, prima aetate epidermide tecti minores, tum epidermide cincti. Sporidia longiora ac in praecedente tenuiora rariora.

4. EXOSPORIUM *hispidulum*.

E. sporidochiis oblongis aggregatis epidermide rupta cinctis atris, sporidiis longissimis filiformibus concoloribus.

Conoplea hispidula. *Link Obs. II. p.* 32. *excl. syn.* *Persoon*.

Habitat in foliis glumisque exsiccatis Graminum in Germania. *Lect. in Silesia* (*Lk.*) (*v. v.*)

Diagn. Praecedenti simillimum, at sporidiis multo longioribus sat distinctum. In spicis Tritici dejectis frequens vidi.

5. EXOSPORIUM *Dematium*.

E. sporidochiis oblongis aggregatis et confluentibus innatis, sporidiis brevibus filiformibus sparsis concoloribus.

Sphaeria Dematium. *Pers. syn. p.* 88. *Fries Syst. mycol.* 2. *p.* 505., *exs. n.* 202.

Habitat in caulibus herbarum aridis in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Sporidochia minuta at colore atro valde distincta, sub microscopio composito pilis brevibus insignita. Sub epidermide non erumpunt, sed eidem innascuntur, qua nota ab E. hypodermio distinguitur. Sporidia non ita aggregata ac in reliquis breviuscula, septis utique notata. Thecas nullas vidi, et certe Exosporium est.

Not. Reliquae Sphaeriae hirsutae exceptis sequentibus, hujus loci non sunt.

6. EXOSPORIUM *minutum*.

E. sporidochiis oblongis aggregatis et confluentibus innatis atris, sporidiis elongatis filiformibus densis concoloribus.

Sphaeria Dematium minor. *Fries syst. myc.* 2. *p.* 505. *b.*, *exs. n.* 53.

Habitat in caulibus herbarum siccatis in Suecia *et* Germania. (*v. v.*)

Diagn. Minutum, ut oculis nudis singulum sporidochium vix agnoscatur et multo minus praecedente. Sporidia pro ratione sporidochii longa multo longiora ac in praecedente et densiora.

7. EXOSPORIUM *trichellum*.

E. sporidochiis minutis globosis innatis sparsis atris, sporidiis elongatis filiformibus densis concoloribus.

Sphaeria trichella. *Fries. syst. myc.* 2. *p.* 515., *exs. n.* 203.
Habitat in foliis exsiccatis variarum herbarum Germaniae *et* Sueciae. *Lect. in Hedera* (*Fries, Nees*), *Salice* (*Fries.*) (*v. v.*)
Diagn. Praecedentibus minus globosum punctiforme, sporidiis densis.

8. EXOSPORIUM *ditrichum.*

E. maculis griseis, sporidochiis minutis globosis innatis aggregatis atris, sporidiis elongatis filiformibus paucis.
Sphaeria ditricha. *Fries syst. myc.* 2. *p.* 515.
Habitat in foliis Betulae delapsis in Suecia *et* Germania. (*v. v.*)
Diagn. Omnium minutissima. Gregatim in foliis degit, sporidochiis in areolis foliorum latitantibus. Sporidia pauca, sed elongata pro ratione sporidochii, septis distincta.

9. EXOSPORIUM *Rubi.*

E. maculis nigris rotundis, sporidochiis subglobosis vertice depressis, sporidiis brevissimis filiformibus concoloribus.
Exosporium Rubi. *Nees pl. mycet. N. A. A. Leop.* 9. *p.* 236. *t.* 5. *f.* 6.
Habitat in foliis Rubi caesii aliorumque in Germania. (*v. v.*)
Diagn. Maculis nigris circumscriptis haud ita magnis, sed frequenter folio inspersis sat conspicuum. Maculae sporidochium unum plerumque, haud ultra tria innata sunt. Sporidochium varia magnitudine; semen Panici germanici non superans, nitidum atrum vertice depressum, sporidiis nudo oculo inconspicuis.

10. EXOSPORIUM *maculans.*

E. maculis nigris oblongis confluentibus, sporidochiis depressis, sporidiis elongatis densis filiformibus concoloribus.
Habitat in caulibus herbarum emortuis in Germania. *Lect. in Franconia* (*Nees.*) (*v. s.*)
Diagn. E. Dematio simile at macula nigra evidensi, quae in illo oblitterata, sporidochiis depressis nec oblongis elevatis, ubique sporidiis dense innatis.

26. CORYNEUM.

Sporidochium verruciforme. *Sporidia* pedicellata, pedicello sporidochio basi saltem immerso.

Not. Est Stilbospora sporidochio praedita. Transit ad Sphaerias praesertim Ascobolos. Pedicelli pellucidi elongati apice intumescunt et in sporidia sensim abeunt.

1. CORYNEUM *umbonatum.*

C. sporidochiis subrotundis supra planiusculis saepe umbonatis nigris, sporidiis subcylindricis, pedicellis elongatis.

C. umbonatum. *Nees fung. p.* 34. *t.* 2. *f.* 31.

C. disciforme. *Kunze et Schmidt Mykol. Hfte* 1. *p.* 76. *f.* 28., *exs. n.* 160. *Nestler exs. n.* 537.

Habitat in ramis dejectis in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Sporidochium sub epidermide erumpit, cujus residua in ambitu persistunt. Sporidochium duas lineas in diametro habet, sat elevatum, supra planum umbone majore minoreque insignitum. Sporidia subcylindrica septis 3 — 5 *utrinque attenuata subpellucida, recta aut curvata. Pedicellus variae longitudinis, et in eodem sporidochio, prout magis minus explicatum est, ita ut C. disciforme a C. umbonato nullomodo distinguere possim. Vidi interdum sporidia duo basibus sibi juncta ut in Asterosporio. Est stilbospora sporidochio e pedunculis facto, ut in Podisomate.*

2. CORYNEUM *pulvinatum.*

C. sporidochiis convexis atris non umbonatis, sporidiis ovalibus, pedicellis elongatis.

C. pulvinatum. *Kunze et Schmidt Mykol. Hefte* 1. *p.* 76. *f.* 18., *exs. n.* 136. *Nestler exs. n.* 574.

Habitat in ramulis dejectis in Germania. (*v. v.*)

Diagn. Valde simile praecedenti eodem modo ex epidermide erumpens, ejusque reliquiis cinctum, at minus vix lineam longum, subglobosum aut ellipsoideum colore magis atro. Sporidia crassiora ac in praecedente.

3. CORYNEUM *brachyurum.*

C. sporidochiis convexis atris, sporidiis globosis ovalibusque, pedicellis brevissimis crassiusculis.

Habitat in ramis dejectis in Germania. *Lect. Berol.* (*Lk.*) (*v. v.*)

Diagn. *C. pulvinato valde affine, at paullo majus minus atrum, ita ut ad C. umbonatum accedat. Sub microscopio composito sporidia conspiciuntur sporidiis C. pulvinati similia at saepe breviora et globosa. Sporidia effoeta aut potius non explicata, processus filiformes pellucidos efficiunt. Pedicelli facile secedunt a sporidiis ita ut aegre conspiciantur.*

Sporidia variae formae huic Coryneo non propria sunt sed in aliis quoque occurrunt, quamvis non ita frequentia viderim.

4. CORYNEUM *depressum.*

C. sporidochiis depressis atris, sporidiis ovalibus, pedicellis tenerrimis.

C. depressum. *Kunze et Schmidt Mykol. Hfte* 1. *p.* 75. *f.* 17.

Habitat in ramulis dejectis in Germania. *Lect. Lips.* (*Schmidt.*)

Diagn. *Sporidochiis depressis differt. Sporidia pedicellis brevibus secundum figuram instructa. A praecedente non diversum videtur, saltem synonymon Ehrenb. sylv. myc. p.* 12. *et Schlechtend. ber.* 2. *p.* 140. *ad praecedens pertinet.*

5. CORYNEUM *confluens.*

C. sporidochiis gregariis subrotundis medio elevatis nigris, sporidiis oblongis obtusis, pedicellis tenerrimis.

C. confluens. *Th. Fr. L. Nees ab Esenb. in Kunze et Schmidt Mykol. Hefte* 2. *p.* 66.

Habitat in ramulis dejectis in Europa. *Lect. prope Lugdun. Batav.* (*Nees.*)

Diagn. *Sporidochiis convexis a praecedente, pedicellis ab umbonato et pulvinato differre videtur at a C. brachyuro nisi situ gregario vix distinguendum.*

Not. *Vix hujus loci: Coryneum corticale Schw. fung. car. p.* 50. *maculaeforme, tomento nigro nitente tectum papillatum, sporidiis subcylindricis. Maculas aggregatas difformes confluentes in superficie corticis Platani occidentalis format, agmine maximo triulnari. Mentitur Sphaeriam operculatam, ubi tegumenti expers est et parenchyma corticis vix penetrat; interdum duae tales pseudosphaeriae*

nidulant in una macula. Sporidia cylindrica apice et basi rotundata curvata nigra subpellucida septis trinis. Pedicellus sporidio longitudine aequalis. (Schw.)

27. SEIRIDIUM.

Sporidochium deplanatum. *Sporidia* pedicellis innata, iisque concatenata.

Not. Sub epidermide plantarum erumpit.

1. SEIRIDIUM *marginatum.*

S. acervis subrotundis epidermide rupta cinctis atris, sporidiis oblongis concoloribus.

S. marginatum. *Nees fung. p.* 23. *f.* 19.

Habitat in ramis dejectis Rosae caninae in Germania. *Lect. in Franconia* (*Nees.*)

Diagn. Stilbosporae affinis plantula et sporidia Stilbosporae macrosporae sporidiis non absimilia at non septata et minora. Stroma e pedicellis delapsis formatis videtur. Sub aqua sporidia explicantur, sed non diffluunt. Pedicelli pellucidi sporidia intus grumosa. Sporidia plerumque separata decumbunt.

28. PHRAGMOTRICHUM.

Sporidochium depressum. *Sporidia* rhombea intus cellulosa pedicellis concatenata, tandem dilabentia.

1. PHRAGMOTRICHUM *Chailleti.*

Phr. sporidochio oblongo atro, sporidiis concoloribus.

Phr. Chailleti. *Kze. et Schm. Myk. Hfte* 2. *p.* 84. *t.* 2. *f.* 4.

Habitat in Strobilis Abietis in Europa, *Lect. prope Neufchatel* (*Chaillet.*)

Diagn. Sporidochia initio parva semilineam longa, tum majora, epidermide longitudinaliter rupta emersa e massa fibroso-gelatinosa composita fibris in sporidia abeuntibus. Sporidia rhombea sunt intus septis transversis et longitudinalibus ita interceptis ut cellulas (eundem figuram) referant. Angulis oppositis concatenata sunt mediante pedicello tenui septato, quo soluto, sporidia decidunt, et circumcirca effunduntur. (*Kunze.*)

29. SARCOPODIUM.

Stroma vesiculoso-cellulosum expansum. Flocci, qui *sporidia* videntur innati erecti septati.

1. SARCOPODIUM *circinnatum*.

S. stromate carnoso flavo-carneo floccis validis apice incurvis circinnatis obtusis.

S. circinnatum. *Ehrenb. sylv. myc. p.* 13. 23. *fig.* 4.

Habitat in caulibus herbarum aridis in Germania. *Lect. Berol.* (*Ehrenb.*) (*v. s.*)

Diagn. Longe lateque investit caules aridos stromate tenui carnoso. Flocci breves septis multis. Est Exosporium stromate expanso.

30. PODISOMA.

Sporidochium e stipitibus sporidiorum implicatis. *Sporidia* uniseptata.

Not. Sporidia sporidiis Pucciniarum ad amussin similia. Sporidochium tremelloides.

PODISOMA *Juniperi.*

P. sporidochio globoso tum conico, rufo-spadiceo tum fulvo.

Podisoma Juniperi. *Link Obs. I. p.* 7. *Nees fung. p.* 18. *t.* 1. *f.* 15.

Gymnosporangium fuscum. *De Cand. fr.* 2. *p.* 217.

Puccinia Juniperi. *Pers. syn. p.* 228. *Disp. meth. fung. p.* 38. *t.* 2. *f.* 1. *a — c.*

Tremella Sabinae. *Dicks. crypt.* 1. *p.* 14.

Puccinia cristata. *Schmiedel Ic. et anal. planc.* 3. *p.* 254. *t.* 66.

Puccinia nr. 1. *Mich. gen. p.* 213. *t.* 92. *f.* 1.

Habitat in trunco Juniperorum praesertim Sabinae frequens in Europa. (*v. v.*)

Diagn. Tremellam sistit paullo magis compactam fuscam tum fulvam pulvero fusco inspersam. Aestate pluviosa frequens plantula.

31. GYMNOSPORANGIUM.

Sporidochium simplex aut duplex? superius gelatinosum. *Sporidia* adnata uniseptata.

Not. Sporidia sporidiis Pucciniarum simillima Tremellae adnatae.

1. GYMNOSPORANGIUM *Juniperi.*

G. sporidochio simplici primum conico tum effuso aurantiaco.

G. Juniperi. *Link Obs. I. p.* 7. *Nees fung. p.* 37. *t.* 2. *f.* 23. *a.*

G. conicum. *De Cand. fr.* 2. *p.* 216.
Tremella Juniperina. *Linn. spec.* 1625. *Jacq. Collect.* 2. *p.* 178. *Pers. syn. p.* 625. *Hoffm. veget. crypt.* 1. *p.* 31. *t.* 6. *f.* 4.
Habitat in truncis Juniperorum in Europa. (*v. v.*)
Diagn. Distinguitur a Podisomate Juniperi primo adspectu forma magis irregulari; substantia magis molli gelatinosa.

2. GYMNOSPORANGIUM *macropus.*

G. sporidochio insidente stromati suberoso-carnoso.
G. Juniperi virginianae. *Schw. fung. car. p.* 48.
Habitat in summis ramulis Juniperi virginianae in Carolina superiori. (*Schweinitz.*)
Diagn. Ligulae tremellosae sporulis onustae et forma et substantia cum Gymnosporangio Juniperi europaeo conveniunt sed noster fungus basin memorabilem habet, numquam in europaeo observatam naturam. Basis, quae dicitur, corpus suberoso-carnosum, simile omnino substantiae Boleti hepatici, etiam colore est; et instruitur stipite obconico apice suo tenuibus ramulis Cedrorum nostratium (Juniperi virginianae) in sola summitate arborum fixo; deinde abit in capitulum fornicatum durum fere ligneum marginibus inflexis expansum exaratum multis foveis in quibus tandem madido coelo protenduntur ligulae quae ubi dejectae sunt, foveam vacuam linquunt. Color baseos ex incarnato-cinereus, fungi fructificantis et ligulas exserentis vividissime aureus, color e longinquo alliciens. Ceterum capitulum pendulum est, et diametrum duarum aut quatuor unciarum habet. Sporidia externam superficiem ligularum tegentia lineari oblonga, subcurvata bilocularia post exsiccationem madefacta flavicantia, sporidiis praecedentis similia. (*Schw.*)

Not. Cum auctor in anatomen sporidochii inferioris non inquisivit, hujus natura nos plane latet. Fungus videtur alienus aut excrescentia trunci, cui Gymnosporangium innascitur. Non datum fuit, ullum Carolinae superioris fungum examinare.

VITEBERGAE, TYPIS RUEBENERIANIS.